PETRI ANTONII MICHELII Catalogus horti florentini a I. TARGIONI editus. *Florent.* 1748. *fol.*

MICH. *nov. gen.*

EIUSDEM Nova plantarum genera, juxta TOURNEFORTII methodum diſpoſita. *Florentiae,* typis *Paperini* 1729. *fol. minori.*

MISSA.

Med. Lic Par. florae cultor induſtrius.

MOEHRING. *Comm. Nor.*

PAULUS HENRICUS GERARDUS MOEHRING in Commercio literario Norimbergenſi.

MOEHRING. *hort.*

EIUSDEM Primae lineae horti privati. *Oldenburg,* apud *Gotjen* 1737. 8.

MONCONIS.

MONCONIS.

EIUS Voyages. *Lyon* 1665. 4. *Vol.* II. *Pariſiis* 1695. 12. *Vol.* IV.

MONTALBAN. *hort.*

OVIDII MONTALBANI Hortus Botanographicus &c. *Bononiae,* typis *Montii.* 1660. 12.

MOR. *Prael.*

ROBERTI MORISONI Praeludiorum botanicorum P. I & II. *Londini,* typis *Roycroft* 1669. 12.

MOR. *Umbell.*

EIUSDEM Plantarum umbelliferarum diſtributio nova per claſſes adfinitatis P.I,II,III. *Oxonii,* apud *Sheldon* 1672. *fol. mai.*

MUNT. *Brit.* vel *hort. brit.*

ABRAHAM MUNTING De vera herba britannica *Amſterd.* 1698. 4.

MUNT. *hiſt.*

EIUSDEM Phytographia curioſa. *Amſterd.* 1727. *fol.*

*Mus. Petrop.*

Muſeum Imperiale Petropolitanum *Vol. I. Petrop.* 1745. 8.

N.

NISSOLE *Mem. de l' Acad.*

GUILIELMUS NISSOLE In Memoire de l' Academie Royale des Sciences.

## O.

OELHAF. *Elench.*

NICOLAI OELHAFII Elenchus plantarum circa Dantiscum ſponte naſcentium. *Dantisc.* apud *Rhetium* 1643. 4.

*Opusc. bot.*

ALBERTI HALLER Opuscula botanica &c. *Gottingae,* apud *Schmidt* 1749. 8.

## P.

P. ALP. *Aegypt.*

PROSPERI ALPINI De plantis Aegypti Liber. *Venetiis,* apud *Franciscum de Franciscis* 1633. 4.

P. ALP. *Exot.*

EIUSDEM De plantis exoticis Libri II. *Edidit* PROSPERI *Filius. Venet.* apud *Guerilium.*

PANCOV.

THOMAE PANCOVII Herbarium a BARTH. ZORNIO auctum. *Coloniae ad Spream* 1673. *cum iconibus.*

PARK. *Theatr.*

IOHN PARKINSON Theatrum Botanicum *London,* apud *Cotes* 1649. *fol.*

PASS *ic. P. alt.* vel PASS. *part. alt.*

CRISPINI PASSAEI Horti floridi pars altera. *Arnhemi,* apud *Janſonium. Pars Verna* 1614. P. *autumnalis* & *hiemalis* 1616. P. *aeſtiva* 1617 4.

PASS. *Vern.* vel *Aeſt.* vel *Aut.* vel *hiem.*

EIUSDEM Hortus floridus, in quo rariorum florum icones ad vivam formam accuratiſſime delineatae, & ſecundum quatuor anni tempora diviſae exhibentur. *Ibidem* 1607. 4.

PEIRESC. *Vit.*

Vita PEIRESCII a PETRO GASSENDO ſcripta. *Quedlinburg* 1707. 8.

PETIT. *Epiſt.*

FRANCISCI PETIT Trois Lettres d'un Médecin des hoſpitaux du Roy à un autre Médecin de ſes amis &c. *Namur*, apud *Gerard Albert* 1710. 4.

PETIVER. *herb.*

IAMES PETIVER Herbarii Britannici Catalogus *London* 1713. *fol.* cum *iconibus.*

PETIVER H. B. vel *hort. brit.*

EIUSDEM Herbarium Britannicum, quinquaginta tabulis aeneis expreſſum. *In operibus omnibus.*

PIS. *hiſt. nat. Ind.*

GUILIELMI PISONIS Hiſtoria naturalis Indiae. *Amſt.* 1658. *fol.*

PLOT. *Oxford Shire.*

ROBERTI PLOT Natural hiſtory of Oxford Shire, being an eſſay towards the natural hiſtory of England, with additions by M. BURMANN. *Oxford* apud *Lichfield* 1705. *fol.*

PLOT. *Starfford Shire.*

EIUSDEM Natural hiſtory of Starfford Shire. *Ibidem* 1686. *fol.*

PLUKN. *Almag.*

LEONHARDI PLUKNETI Almageſtum Botanicum, ſive Phytographiae Pluknetianae Onomaſticon. *Londini*, ſumtibus *Auctoris* 1696. 4. *maj.*

PLUKN. *Amalth.*

EIUSDEM Amaltheum Botanicum ſtirpes novas tradens 1200. *Londini* 1705. *fol.*

PLUM. *fouger.*

CHARLES PLUMIER Traite des Fougères de l'Amerique, en Latin & en François. *Pariſiis*, imprimerie *Royale* 1705. *fol.*

PLUM. *Nov. gen.*

EIUSDEM Nova plantarum Americanarum genera. *Pariſiis*, apud *Boudot* 1703. 4.

PLUM. *pl. de l' Amer.*

EIUSDEM Deſcription des plantes de l' Amerique avec leurs figures. *Paris*, imprimerie *Royale* 1693 *fol.*

POCOCK.

RICHARD POCOCKE Deſcription of the Eaſt Vol. II. *London* 1743 & 1745 *fol.*

PON.

PON. *Bald.*

IOH. PONAE Iter M. Baldi. *Baſel* 1608. 4.

PONTED.

IULII PONTEDERAE Compendium tabularum botanicarum, *Patavii*, typis *Seminarii* 1718. 4 *maj.*

R.

RAI. *Cat. plant. Angl.*

IOH. RAII Catalogus plantarum Angliae & inſularum adjacentium, *Londini*, apud *Clark* 1677. 8.

RAI. *Syn.*

EIUSDEM Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum. Editio III. quingentis plantis auctior. *Londini* apud *Innys* 1724. 8

RAND.

ISAACI RANDII Hortus Medicus Chelſejanus &c. *Londini* 1739. 8.

RAUWOLF.

LEONARDI RAUWOLFII Itinerarium Orientis in P. VI. diſtinctum, additis variis plantarum iconibus. *Francofurti* 1582. 4.

RENEAULME.

PAULI RENEAULME Specimen historiae ſtirpium. *Pariſ.* 1611. 4.

RITTER.

IOH. IAC. RITTER olim Auditor noſter in ea parte *Haſſiae*, quae ad *Riedeſelios* pertinet plantas collegit.

RIV. *mon. irreg.*

AUG. QUIRINI RIVINI Ordo plantarum flore monopetalo irregulari, *Lipſiae*, typis *Fleiſcheri* 1690 *fol.* cum *iconibus.*

RIV. *tetr.*

EIUSDEM Ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari tetrapetalo. *Ibidem* 1691 *eadem forma.*

ROBERT. *ic.* vel IC. REG.

NICOLAI ROBERTI & aliorum virorum Icones plantarum, quarum prototypi in Bibliotheca Regia Pariſiis adſervantur.

ROLOF. *hort. Craus.*

CHRIST. LUDOV. ROLOFF Index plantarum, quae in horto *Krauſiano* aluntur. *Berolini* literis *Kunſtii* 8.

ROYEN.

ADRIANI *van* ROYEN Florae Leidenſis Prodromus, *Leidae*, apud *Luchtmann* 1740. 8

ROYER.

IOH. ROYERII Beſchreibung des fürſtl. Gartens zu Heſſen. *Braunſchweig*, apud *Muller* 1653. 4

RUDBECK *Elys.*

OLAI RUDBECKII Campi Elyſii Liber I & II. *Upſaliae*, apud *Delen* 1701, 1702. *fol.*

RUMPF

RUMPF.

GEORGII EVERHARDI RUMPFII Herbarium Amboinenſe. *Amſtelodami* *Tom.* I. 1741. *Tom. II.* 1743. *fol.*

RUPP.

HENRICI BERNHARDI RUPPII Flora Jenenſis, quarta vice auctior & emendatior edita ab ALBERTO HALLER. *Jenae*, apud *Cunonem* 1745. 8.

S.

SABBAT. *plant. Roman.*

LIBERATI SABBATI Synopſis plantarum, quae in ſolo Romano luxuriantur. *Romae* 1745. 4

SCH.

IOH SCHEUCHZERI Prodromus agroſtographiae Helveticae &c. *Tiguri* 1708 *fol.*

SCHREIBER. *Act. Erud.*

IOH. FRIED. SCHREIBER in Actis Eruditorum.

SCHREIBER. *icon.*

IDEM Cacalianthemi iconem in *Act. Erud.* edidit.

SEBA.

ALBERTI SEBAE Locupletiſſimi rerum naturalium theſauri accurata deſcriptio & iconibus expreſſio per univerſam

verſam phyſices hiſtoriam &c. *Amſtelodami*, apud *Wetſtein* & *Smith* 1735 *fol.*

SEG. *Veron.*

IOH. FRANCISCI SEGUIERII Plantae Veronenſes &c. *Veronae*, typis *Seminarii* 1745. 8

SHAW. *travels.*

THOMAE SHAW Travels or Obſervations relating to ſeveral parts of Barbary and the Levant. *Oxford* 1738. *fol.*

SIEGESBECK *propr. lib.*

IOH. GEORGII SIEGESBECK Propemti de Majanthemo. *Petropoli* 1736. 8

SLOANE *Hiſt.* vel *Jamaic.*

HANS SLOANE Catalogus plantarum, quae in Inſula Jamaica ſponte proveniunt, ſeu Prodromus Hiſtoriae naturalis Jamaicae P. I. *Londini*, impenſis *Brown* 1696. 12

SLOANE *Journ. to Jamaic.*

EIUSDEM Journey to Jamaica &c. *London* 1707 *fol.* 1725. *fol.*

STAEHELIN.

BENEDICTUS STAEHELINUS olim noſter, multas pulchras ſtirpes in agro *Baſileenſi* legit.

SWEERT.

SWEERT.

EMANUEL SWEERTII Florilegium. *Francofurti*, apud *Kempner* P. I. 1612. P. II. 1614. *fol.*

T.

TAB.

IACOBI THEODORI TABERNAEMONTANI Eicones plantarum omnis generis, curante BASSAEO. *Francof.* 1590 *fol.*

TARGION.

IOH. ANTONII TARGIONII Theſes de praeſtantia & uſu plantarum in Medicina. *Piſis.* 1734. *fol.*

THAL.

IOH. THALII Sylva hercynica cum *iconibus* XIV. ex GESNERO.

THEVENOT.

MELCHISEDECH THEVENOT Relation de divers Voyages curieux. *Paris* 1666. & auctius 1696. *fol. Tom.* III.

TILLI.

MICHAELIS ANGELI TILLII Hortus Piſanus. *Florentiae*, apud *Tartini* & *Franchi* 1723. *fol.*

T. I. R. H.

IOSEPHI PITTON de TOURNEFORT Inſtitutiones rei herbariae *Lugd.* 1719. 4. *Vol.* III. ſed prior editio prodiit *Pariſiis* 1700.

T. *Coroll.*

EIUSDEM Corollarium inſtitutionum rei herbariae 1703. 4.

T. *Mat. Med.*

EIUSDEM Traitè de la matiere medicale par BERNIER. *Paris*, apud *Houry* 1717. 8.

TOURN. *Voyag.*

EIUSDEM Voyages du Levant &c. enrichies de deſcriptions d'un grand nombre de plantes rares. *Lyon* 1717. 8. *Vol.* *III.*

T. *Par.* vel T. *aut de Par.*

EIUSDEM Hiſtoire des plantes, qui naiſſent aux environs de Paris. *Paris*, de l' inprimerie *Royale* 1698. 12.

TRAG.

HIERONYMI TRAGI Hiſtoria ſtirpium, *Argentin.* 1552. 4.

TREW. *Dec. plant. rar.*

CHRISTOPHORI IACOBI TREWII Plantarum ſelectarum Decuria I 1750 & II. 1751. *fol.*

TRIUMPH.

TRIUMPH. *Obſ.*

IOH. BAPTISTAE TRIUMPHETTI Obſervationes de ortu & vegetatione plantarum. *Romae*, apud *Herculem* 1685. 4 *maj.*

TRIUMPH. *Prael.*

EIUSDEM Praeluſio publica ad publicas herbarum oſtenſiones habita in horto medico. *Romae* 1700. 4.

TURNER.

WILLIAM TURNER A new herball, wherein are contayned the names of herbes in Greecke, Latin, Englyſh, Duch, Frenche, and in the Potecaries and herbaries Latin &c. *London*, apud *Mierdman*. 1551 *fol.* cum *iconibus*.

VAILL.

SEBASTIANI VAILLANT Botanicon Pariſienſe. *Leidae* & *Amſterdam* 1727. *fol.*

VALLET.

PIERRE VALLET le jardin de Louis XIII. *Paris* 1623. 4.

VESLING. *Obſ.*

IOH. VESLINGII Obſervationes & notae ad PROSPERI ALPINI librum de plantis Aegypti &c. *Patavii*, apud *Frambottum* 1638. 4.

VOLC. *flor.*

IOH. GEORGII VOLCKAMERI Flora Noribergenſis. *Noribergae*, apud *Michael* 1700. 4.

VOLC. *heſp.* vel *app. heſp.*

IOH. CHRISTOPHORI VOLCKAMERI Heſperides Noribergenſes. *Norimbergae*, apud *Endterum* 1713. *fol. Vol.* II. cum *iconibus*.

WALTH.

W.

WALTH. *hort.*

AUGUSTINI FRID. WALTHERI Deſignatio plantarum horti ſui. *Lipſiae*, apud *Gleditſch*. 1735. 8. *maj.*

WEINM.

IOH. WILH. WEINMANNI Phytanthozaiconographiae Tom. I. 1737. T. II. 1740. *Ratisbonae*, apud *Lenz. fol.*

WEPFER.

IOH. IAC. WEPFERUS De cicuta aquatica *Baſil.* 1679. 4.

WIGAND.

IOH. WIGANDI Hiſtoria de plantis, in Boruſſia naſcentibus. *Regiomonti* 1655. 4.

WILLIG *Obs. bot.* vel *Diſſ.*

CHRIST. LUDEW. WILLIGII Diſſertatio inauguralis Obſervationes botanico - medicas ſiſtens. *Gottingae*, apud *Vandenboeck* 1747. 4.

Z.

ZANICHELL.

GIOVAN GIROLAMO ZANICHELLI Iſtoria dell piante de' lidi veneti: Accresciuta da'l - - - figliolo GIAN IACOBO. *Venet.* apud *Bartoli* 1735. *fol.*

ZANON. *iſtor.*

IACOBI ZANONI Iſtoria Botanica &c. *Bologna* 1675. *fol.*

ZANON. *iſtor. ed. nov.*

EIUSDEM Operis nova editio. *Bonon.* 1742. *fol.*

ENUMER.

ENVMERATIO

# PLANTARVM HORTI ET AGRI

GOTTINGENSIS

## DORSIFERAE.

Ophiogloſſum omn. auct. conſ. RUMPF. L. XI. T. 68. In prato ad ſiniſtra villae *Heſſendreiſch* in valle irrigua.

Osmunda foliis lunatis I. R. H. aut de Par. p. 512. *Am berge bey lüttje Lengen* raro, raro etiam circa *die Lith*, abunde ſuper Jenam verſus *Raubenthal*.

Osmunda ramoſa foliis pinnatis, pinnis oblongis nervoſis, racemis ramoſis. *Filix floribus inſignis* I. B. III. p. 736. Abunde in ſylvis ultra Hannoveram verſus Cellam.

H. Osmunda quae Polypodium ſenſibile MUNTING f. 85. r.

Struthiopteris capſulis ſeminiferis cylindricis gemellis. *Filicaſtrum ſeptentrionale & paluſtre* AMMAN. *plant. Ruthen.* n. 252. *Tom.* X. *Comm. Petr.* T. XVIII. bon. ic. Folia in orbem diſpoſita, ramis oppoſitis: ad ramos pin-

A nae

nae integrae vel leniter ſerratae, longe confluentes. Scapi florigeri carinati, foliis ſeminiferis oppoſitis nervoſis convexis. Ea per maturitatem curvata abeunt in capſulas, per intervalla contractiores. Binatae eae capſulae, nervo diſtinctae, cylindricae, polline plenae ſunt. In vallecula, quae rivo perfluitur, *Zeiſiggrund*, haud longe a *Roda* Thuringiae.

Struthiopteris foliis ſeminalibus planis. *Polypodium anguſtifolium folio vario* T. Bey *Waacke* in Wäldern und bey *Hardegſen*. Etiam in calidis, in Toſcana.

Filix pinnis ramorum pinnatis, pinnulis non dentatis Enum. Helv. p. 133. *Filix ramoſa minor pinnulis obtuſis non dentatis* C. *B*. Locis ſylvoſis & aſperis.

Acroſtichum fronde lineari lanceolata Linn. Enum. Helv. p. 129. *Filicula ſaxatilis corniculata* I. R. H. ad rupes grandiores ſub *Waaken*.

Aſplenium frondibus linearibus integris baſi cordatis inflexis, petiolis hirſutis Cliff. 474. Helv. 134. *Lingua cervina* officin. Alpes monteſque umbroſas Helvetiae amat. Adultior findit folia (CAUSE *kon. hoven*, p. 182.), & in varietates *polyſchidas* abit.

Aſplenium fronde pinnata, foliolis ſubrotundis crenatis Cliff. 474. Helv. 137. *Trichomanes ſ. Polytrichum officinarum*. Ad rupes prope *Waaken Reinhauſen* &c.

Aſpe-

Aſplenium ramis duplicato ramoſis, pinnis ſerratis, laxe diſpoſitis Helv. 137. *Ruta muraria* C. B. Iisdem locis.

Polypodium pinnatum pinnis lanceolatis integris Fl. Lap. 380. Helv. p. 137. *Polypodium vulgare* C. B. Paſſim locis aſperis & ſaxoſis, uti circa Waaken ubique.

Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis integerrimis. *Filix minor non ramoſa* I. B. III. p. 740. MAPP. *Alſat.* ic. VII. In ſtagno Denkerhuſano, & lacu *Seeburgenſi*. Acervi ſeminales primo diſtincti, inde in fuſcam ſuperficiem confluunt.

Polypodium pinnis pinnatis, imis reflexis, pinnulis cum nervo confluentibus *Filix ſaxatilis non ramoſa aliis reflexis* RUPP. *Filix minor Britannica pediculo pallidiore* DILL. *Synops.* III. p. 172. n. 8. *Filix non ramoſa minor ſylveſtris* PETIT *Ep ſt.* III. p. 50. ic. *Phyllitis minor hirſuta pinnis variis* AMM. Petrop. Tom. X. T. XXI. Ad rupes inter *Beſigelhauſen* & *Waaken* cum Polypodio, tum in hercynia ſylva, & prope Rode Thuringiae. Pallor peculiaris foliorum, & pediculorum, & primarum pinnularum cum nervo confluens natura pro nota eſt.

Polypodium pinnis ramorum pinnatis pinnulis conjunctis oblongis integerrimis Enum Helv. p. 130. *Filix ramoſa minor pinnulis dentatis.* C. B. AMM. Tom. X. Act. petr. T. XXII. f. 2. Paſſim in ſylvis & rupibus circa *Waaken, Reinhauſen, Dreiſch*, inter *Lüttge Lengen* & *Keſcheröderfelde* &c.

Polypodium fronde duplicato pinnata, foliolis obtuſis crenulatis, petiolo ſtrigoſo Cliff. 475. Helv. p. 137. *Filix mas*

*non ramoſa dentata* C. B. Vulgatiſſima ad ſepes inque ſylvis.

Polypodium ramorum pinnis obtuſis ellipticis, crenis imis pinnarum bifidis Helv. 139. *Filix mollis ſ. glabra vulgari mari non ramoſae accedens.* I. B. Annon *Thelypteris minor pinnulis argute dentatis, molliter ſpinoſis* AMMAN. *Act. Petrop.* X. Tab. 23? In ſylvis non infrequens.

Polypodium pinnis ramorum auriculatis, oris ciliaribus Enum Helv. p. 142. *Filix mas pinnis latis auriculatis ſpinoſis* H. OXON. III. p. 580. T. 3. f. 15. In ſylvis hercynicis.

Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis ſemipinnatis obtuſioribus. *Filicula ſaxatilis regia fumariae pinnulis* VALL. T. IX. f. 1. Copioſe ad grandia ſaxa ſub *Waaken*, cum Acroſticho. Circa *Walkenried* & ultra *Herzberg*.

Polypodium pinnis duplicato pinnatis, pinnulis acute dentatis. *Filix pumila ſaxatilis altera* CLUS. PLUKNET. T. 179. f. 5. pro varietate foliis brevioribus. *Filix ramoſa dentata ramulis & pinnulis longius ab invicem diſtantibus* MAPP. *Alſat.* ic. IV. pro eadem varietate. Circa *Rode Thuringiae*, circa *Ilefeld* magna copia, & in alpibus. Acuta & laxa diviſione facile a priori diſſidet. Acervuli diſtincti nigricant, unde nomen C. BAUHINI.

Polypodium pinnis ramorum pinnatis, pinnulis laxis acute ſectis ſpinuloſis. *Enum. Helv.* p. 141. *Filix mas ramoſa pinnulis dentatis* PLUKNET. T. 181. f. 2. *Aufm Harze in Wäldern. Im Zeiſſegrund, in helvetia* paſſim.

Equi-

Equiſetum caule ſimpliciſſimo aſpero vaginis integerrimis *Enum. pl helv.* p.143. *Equiſetum junceum* RAI. *Syn.* III. p. 131. In inſulis Rheni aſperrimum & aptum aurifabris.

Equiſetum multiflorum caule tetragono verticillis rarioribus. Helv. 149. *Equiſetum paluſtre minus polyſtachion.* C. B. In agris udis.

Equiſetum caulis ſulcis plurimis, verticillis denſiſſimis. Helv. 143. *Equiſetum pratenſe longiſſimis ſetis.* C. B. Ultra *Dorſten* verſus *Oſterode.* In Helvetia vulgare, facile eſt adgnitu caulibus digitum latis, non ſulcatis, ſolum inter omnia equiſeta.

Equiſetum caulibus floriferis a folioſis diverſis. Helv. 144. *Equiſetum arvenſe longioribus ſetis.* C. B. Ubique in pratis. Folia ſimilia polyſtachyo, unice numeroſiora, ſed caules aphylli facile ſeparant a reliquis.

Equiſetum ſoliis ramoſiſſimis. *Equiſetum ſylvaticum* TABERN. p. 253. Paſſim in ſylvis & agris ſterilibus v. g. ad dextra villae *Heſſendreiſch.*

## CONIFERAE.

Salicornia *Blanchette Narbon. ſ. Kali minus* LOB. adverſ. p. 170. Circa *Sulze* lacumque ſalſum, tum ubique, ubi aquae ſalſae ſunt, etiam in Helvetia, Transſylvania, & in ipſa Malabaria reperitur.

H. Ephedra maritima minor. *Tragum ſ. Uva marina circa Monspelium* CAMERAR. hort. n. XLVI. In Valeſia inter reliquias arcis *Tourbillon*. In Hiſpania CLUS. in Syria RAUWOLF.

Taxus omn. auct. In ſylvis circa *Pleſſ* abunde.

Juniperus foliis ſeſſilibus patentibus ROY. p. 89. Helv. p. 146, Goettingae raro, aliquot tamen plantulas in declivibus *M. Heimberg* ad ſiniſtra viae Rohringenſis reperi.

H. Juniperus Virginiana foliis inferioribus juniperinis, ſuperioribus Sabinam referentibus BOERH. hort. Junior arbor non ſatis adgnoſcitur.

H. Juniperus foliis inferioribus adnatis oppoſitionibus concatenatis LINN. *Sabina mas & femina* C. B. In Hibernia, Sibiria.

Abies foliis apice acuminatis Lap. 342. Helv. 147. *Abies tenuiori folio, fructu deorſum inflexo* I. R. H. Hac tota ſylva hercynia conſtat.

H. Abies foliis apice emarginatis LINN. In Helvetia paſſim, hic nondum viſa

H. Abies foliis faſciculatis obtuſis LINN. *Larix* CAMER. *epit.* p. 46. & omnium auctorum. In Helvetia alpina, Polonia, Sibiria ubique.

Pinus foliis geminis, cono pendulo, nucleis ſtrigoſis *Enum. helv*, *Pinus ſylveſtris montana* CAMER. Ep. p. 40. Ubique in arenoſis Germaniae. H.

H. Pinus .... COLLINSON. Annon *Abies piceae foliis brevioribus conis parvis biuncialibus* CHARLEVOIX n. 90. *Catalog. of trees* T. I. De juniori arbuscula vix judico.

H. Pinus Americana foliis quinis. *Lord weymouths Pine. Catalogue of Trees* T. 17.

H. Cupreſſus meta in faſtigium convoluta quae femina Plinii I. R. H.

H. Thuya Theophraſti I. R. H. *Arbor vitae* CLUS. hiſp. p. 95. *Thuya ſtrobilis laevibus ſquamis obtuſis* LINN. In Armenia, M. Tauro, BELLON. In Polonia: in America ſeptentrionali BARTRAM, in Sibiria GMELIN. *In Hudſonsbay* ELLIS.

H. Thuya ſtrobilis ſquamoſis, ſquamis reflexo acuminatis LINN. hort. Upſal. Ex america ſeptentrionali. Nondum floruit.

## JULIFERAE.

Saururus foliis profunde cordatis ovato lanceolatis ſpicis ſolitariis propendentibus folio brevioribus ROYEN. *Serpentaria repens floribus ſtamineis ſpicatis Bryoniae nigrae folio ampliore pingui virgin.* PLUKNET. T. 117. f. 3. 4. Julus ſquamis fit ſimplicibus, oblongis, ad quarum quamlibet ſtamina ſex apicibus bilocularibus pertinent. Bacca

tetraſperma cum quatuor tubis, conf. *Comment. Lit. Nor.* 1742. *hebd.* 52. T. V. f. 9. 10. & 1745. p. 414. ſeqq.

Salix perſicae folio auriculato Helv. p. 151. *Salix folio amygdalino utrinque aurito* C. B. Folia lucida, rami fragiles, auriculae exiguae. Paſſim ad rivos.

Salix foliis elliptico lanceolatis, utrinque glabris ſerratis-appendiculatis Helv. 152. *Salix folio auriculato ſplendente, flexilis* RAI. Folia multo duriora, minora, breviora, minute ſerrata, cum minimis auriculis. Rami flexiles, arbor praealta. Paſſim circa pagos v. g. *Herperhuſen.*

Salix alba arboreſcens C. B. A proxime ſequente parum differt, ſi omnino alia eſt, fuſcis ramis, vimine fragiliori, forte ſibi permiſſa, neque putata arbor, cujus culta varietas vitellina fit.

Salix lento vimine & ſquama florali flavis, foliis elliptico lanceolatis, ſubtus ſericeis Helv 152. *Salix ſativa lutea folio crenato* C. B. Ubique ſeritur & putatur. Vimen flavum, aurantium, fuſcum, flexiliſſimum. Juli odorati.

H. Salix orientalis flagellis deorſum pulchre pendentibus, I. R. H. Cor. BRUKMAN. *Epiſt. itiner* 71. r.

Salix foliis utrinque levibus, inferne glaucis, ſquamis & capſulis tomentoſis. Helv. p. 153. *Salix humilior foliis anguſtis ſubcoeruleis, ut plurimum binis ſibi oppoſitis* RAY In pratis.

Salix procumbens foliis ovato lanceolatis ſubtus ſericeis *Salix humilis repens* LOBEL. adv. p. 130. In pratis udis & torfaceis ducatus Cellenſis. Sa-

Salix foliis ovatis ſericeis julis craſſiſſimis. In hanc ſpeciem plurimas nunc ſalices veterum congrego, quae adeo variabili natura ſit. Juniorum & florentium folia integra ovata ſunt, & tenera. Juli mares ovales, craſſi, flavique. Capſulae, lanuginoſae. Adultae plantae ampliora folia & ſubtus rugoſa, & evidenter crenata, & binis auriculis ſerratis tanquam adpendicibus aucta ſunt. In Bructero M. longioribus foliis & rugoſis reperi. Ubique in dumetis & ſylvis.

Salix anguſtis & longiſſimis foliis, ſubtus albicantibus. I. B. Helv. 155. Ad ſepes ubique. Alia varietas reperitur foliis brevioribus & latioribus, quam non audeo ſeparare. *Salix folio oblongo incano.* C B. Gegen *Herperhauſen.*

Ad has paucas, ſed certiores, ſpecies malui reducere noſtrates ſalices, quam incertas ſpecies venditare. Summam difficultatem facit diverſitas, quae inter juniorem plantam eamdemque adultam eſt, & etiam ſexus ſaepius moleſtiam auget.

Populus foliis ſubrotundis dentato angulatis, utrinque levibus. Cliff. 760. Helv. p. 156. *Populus tremula* C. B. In ſylvis.

Populus foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. Helv. p. 156. Ad aquas.

Populus foliis ſubrotundis dentato anguloſis ſubtus tomentoſis LINN. *Populus alba* Matth. p. 136. *An der Unſtrut* & in Rheni inſulis.

Alnus rotundifolia glutinoſa viridis. C. B. Helv. 157. Circa molendinum chartaceum *Weendenſe*, inque palude ad Landolfshauſen.

Betula foliis acuminatis ſerratis Cliff. Helv. 158. Vetulae rami penduli ſunt Neque diverſa eſt *Betula pumila bononienſis* ZANONI *iſtor. ed. nov.* p. 47. T. 31.

Betula foliis orbiculatis crenatis LINN. flor. Lap. T. 6. f. 4 GAGNEBIN. *Act. helv.* 1. p. 60. AMMAN *Act. Petrop.* IX. T. 14 Utique in paludoſis circa Bructerum, & circa Chaudefonds Helvetiae.

Carpinus Enum Helv. p. 158.

Quercus foliis annuis oblongis, ſuperne latioribus, ſubtus acuminatis, angulis obtuſis Cliff. Helv. 159. *Quercus cum longo pediculo. C. B. Quercus* PASS. ic. P. alt T. 99.

Corylus ſtipulis ovatis obtuſis Cliff. 448. Helv. p. 159 *Corylus ſylveſtris* C. B.

Fagus C. B. Helv. 160. *Hetre* Spect. de la Nat. II. p. 466.

H. Caſtanea ſativa, hic infructifera. *Caſtanea* PASS. P. alt. ic. 113.

Xanthi-

Xanthium caule inermi LINN. *Xanthium ſ. Lappa minor* Matth. p. 1209. In horto, & circa lacum ſalſum Hermundurorum, & circa *Allendorf.*

H. Xanthium Luſitanicum laciniatum validiſſimis aculeis munitum MAGN. *hort. reg. monſp. Xanthium Luſithanicum ſpinoſum* HERM. par. p. 247. VOLC. flor. p. ult.

H. Ambroſia maritima C. B. *Ambroſia marina noſtra peregrina* DONAT. p. 18. *Ambroſia maritima artemiſiae folio inodoris elatior* H. L. B. p. 35. noſtrae propior. Ad ripas maris mediterranei.

H. Ambroſia Canadenſis altiſſima hirſuta Platani folio. In Canada & Virginia. Flores mares rariuſculi in petiolis ſolitariis: calyx communis totius faſciculi ſemiquinquefidus: floſculi viginti, petiolo lato, campanula cylindrica quinquedentata, intus apicibus quinque connatis in vaginam ſ. tubum, ex quo ſtylus ſine cavo dilatato prodit. Feminae flores ad baſin marium in alis foliorum poſiti. Involucrum ſeminis octaedron ex duobus conis factum, in circulo maximo coeuntibus, in quo ipſo circulo aliquot aculei obtuſi naſcuntur. Ex cono ſecundo eminet tuba, duobus recurvis corniculis fiſſa. Semen ovato gigartinum.

H. Hyſterophorus Ambroſiae folio VAILL. r. In America.

ISOSTE-

## ISOSTEMONES.

H. Gnaphalodes Luſitanica I. R. H. *Gnaphalio di Dioſcoride* PONA *Baldo* p. 6. *Micropus* LINN. *Gnaphalium ſupinatum echinato ſemine* PLUKNET. *Almag.* T. 187. f. 6. non bene. Ad ripas maris mediterranei.

Empetrum procumbens. In M. Bructero abunde.

H. Lentiscus Lob. II. p. 9. In Italia, Gallia, Hiſpania, Palaeſtina, Aſia minore, &c.

H. Liquidambar. *Styrax arbor virginiana Aceris folio* H. AMST. I. ic. 98. *Liquidambari &c.* CATESBY T. 65. In America ſeptentrionali r.

Fraxinus excelſior C. B. Ubique in ſylvis.

Myrica foliis lanceolatis fructu ſicco LINN. *Chamelaeagnus* DODON. *pempt. add.* In ducatu Cellenſi paſſim, ut ad lacum *verſus Eſchede*n.

H. Myrica - - quae *Laurus Africana minor folio Quercus* COMMELYN. hort. T. II. p. 161. T. 81. BURMAN *Dec. Afr.* T. 98.

Viſcum Helv. p. 162. In malis, piris, &c.

H. Bu-

H. Buxus foliis rotundioribus C. B. Baſileae ſponte, & paſſim in Germania meridionali.

Rhamnus ſpinoſus foliis ovatis acuminatis ſerratis Helv. Helv. 163. *Rhamnus catharticus* vulgo. In adſceuſu in M. *Hengſt*, ad M. *Pleſſ*, & ad patibulum *Bovendenſe*.

H. Rhamnus inermis *Comment. Soc. Gott.* T. II. ic. *Frangula altera polycarpos* C. B. Prodr. p. 160. In Helvetia ſupra *Dornach*; in M. *Grandvi*; *circa Ferrieres d' Erguel*. Plantae ſexus femina & androgyna, illi bacca tetrapyrena cum tuba quadrifida, hujus ſexus nondum ſatis notus. Cortex interior aurantius, folia ovata argute ſerrata, nervis parallelis eleganter diſtincta, leviſſima.

Frangula ora folii integra Helv. 164. *Alnus nigra baccifera* C. B. Paſſim in *humidis & aquoſis, circa Landolfshauſen*.

H. Alaternus II. CLUS. hiſp. p. 56. In Syria, Hiſpania Minorca. Calyx campaniformis, in quinque acuta ſegmenta fiſſus; ſtamina quinque introrſum converſa, fructus ſubrotundus, & tuba in tres ſpongiolas diviſa.

H. Jujuba ſylveſtris I. R. H. SHAW. *travels* p. 47. *Ziziphus rutilus* CLUS. hiſp. p. 50. *Lotus* VIRGILII MARTYN Georg. L. II. p. 155. In Syria, & Africa. Ex fructu a Cl. COLLINSONO miſſo nata arbor, iterum periit, abſque flore.

H. Mo-

H. Morus alba &c.

H. Morus nigra. &c.

H. Ficus communis C. B. femina.

H. Ficus Bengalenſis folio ſubrotundo fructu orbiculato COMM. hort. Amſt. I. p. 119.

H. Meniſpermum canadenſe ſcandens umbilicato folio. T. *Mem. de l'acad. des Scienc.* 1705. p. 2. *Hedera monophyllos convolvuli foliis Virginiana* PLUKNET. T. 36. f. 2. utcunque.

H. Celtis fructu nigricante I. R. H. *Lotus arbor* LOBEL. c. II. p. 186. In Helvetia transalpina prope *Clavennam* TURNERUS : in Languedocia copioſe ASTRUC.

H. Boſea arbor. *Frutex peregrinus horti Boſeani yerva Mora* WALTHER hort. p. 24. T. X.

Ulmus fructu membranaceo Cliff. Helv. 167. Ejus varietates.

- α Ulmus campeſtris & Theophraſti C. B.
- β Ulmus montana. In ſylvis ſponte.

Lupulus Helv. 166. &c. Ad ſepes.

Cannabis vulgaris mas & femina *Kelengi Anſjava* H. MAL.

H. MAL. T. X. t. 16. Videtur, etſi florem feminam faciunt. biſolium.

H. Ceratonia. *Ceratia ſiliqua* LOB. ic. II. p. 104. In Toſcana, Languedocia.

H. Laurus vulgaris C. B. Antiochiae & in M. Tauro. Folia calycis quatuor alba, ovata: ſtamina tria abſque duabus glandulis ad baſin poſitis: ſex alia,& ālias octo, cum duabus glandulis ſub anthera ſitis: fructus rotundus cum tuba ſimplici, & ſtigmate lato, cavo. Haec ſaepe conjuncta florem fecerunt androgynum, alias ſeorſim poſita, dioicum.

H. Laurus indica ALDINI *h. farneſ.* p. 60. Calyx trifolius, foliis ſemicartilagineis nitentibus. Petala tria pulpoſa ſericea. Staminum ordo externus ſex ſimplicium breviter petiolatarum antherarum. Ordo alter trium ſtaminum cum duabus glandulis adſidentibus Tertius trium ſtaminum ſimplicium: omnium vero antherae biloculares. Fructus ſubrotundus, tuba apice oblique truncato. Character adeo a Lauro valde diverſus.

H. Rheum foliis glabris cordiformibus *Rhaponticum* P. ALP. ex p. 187. BLAKWEL. T. 363. *Rhabarbarum rotundifolium verum* MUNT. hiſt. f. 197. Utrumque in Tartaria Chinenſi, hoc etiam in Mont'dor.

H. Rheum foliis acutis crispis ſubhirſutis. *Rhabarbarum folio crispo flagellis rarioribus & minoribus* AMM. Muſ. *petrop.*

*petrop.* p. 206. *folio longiori hirſuto criſpo florum thyrſo longiori hirſuto & tenuiori* AMMAN. n. 9. Huic folia longiora plicata, hirſutiora, flores ſubvirides minores, reliqua ſimilia.

Lapathum acetoſum ſexu diſtinctum, foliorum ſagittatorum hamis longis & divergentibus. Helv. 168. *Acetoſa arvenſis lanceolata* C. B. In rupibus, muris, arcis carbonariis.

Lapathum acetoſum ſexu diſtinctum, foliorum ſagittatorum hamis brevibus Helv. 168. *Acetoſa pratenſis* C. B. Varietas hujus eſt *Acetoſa montana maxima* I. R. H. Ad *Bructerum* M. ROYER. p. 127.

H. Lapathum acetoſum ſexu diſtinctum foliis planis cordiformibus. *Acetoſa montana lato ari rotundo folio* BOCCONE *muſeo* T. 125. diverſa a vulgari, foliis latis brevibus, hamis breviſſimis. Ex alpibus Helv.

H. Lapachum acetoſum androgynum calycibus triphyllis. *Acetoſa arboreſcens ſubrotundo folio ex inſulis fortunatis* PLUKNET. T. 252. f. 3. 4. Calyx huic trifidus.

H. Lapathum acetoſum valvis exterioribus ampliſſimis ſtrepentibus. *Acetoſa Americana longiſſimis pediculis donata.* MORIS. Sect. V. T. 28.

H. Lapathum acetoſum androgynum pedunculis incraſſatis, bicornibus. *Acetoſa ocimifolio* βουκεφαληφορος COLUMN. *Ephraſ.* p 150. Nempe pedunculus caput bubulum refert, incurvum, cum duabus valvis exteriori-

bus

bus patentibus, tertia contra petiolum reflexa. Valvae interiores ſerratae ſunt, & ſemen continent. Prope *Allersperg* M. HOFMAN. In Neapolitano regno COL. r.

Lapatha aegre ſeparabilia ſeminalibus integris.

H. Lapathum foliis cordatis paniculis aphyllis. *L. Alpinum folio rotundo* C. B. *Lapathum majus. ſ. Rhabarbarum monachorum* J. B. II. p. 985. a. Ex alpibus helveticis, ex montibus Polonicis. Huic folia circa pedunculum excifa, flores ſuperiores in ſpicis androgyni, inferiores feminini, ſi recte notavi.

Lapathum foliis oblongis, paniculis aphyllis. *Lapathum longifolium, crispum* MUNTING *h. brit.* p. 104. *Lapathum ſylveſtre, folio ſubrotundo, involucro ſeminis recto ſeu plano* MORIS. Huic frequentes in calycis exterioribus foliis verrucae, folia in univerſum oblonga, lata, acuta, ſerrata, paniculae absque majoribus foliis intermiſtis. A priori aegre perſuadeor diverſum eſſe. Ejus varietates ſunt *folio acuto crispo* C. B. quo *Lapathum foliis haſtatis* ex Sibiria miſſum, & *Lapathum aquaticum folio cubitali* C. B. in foſſis urbanis, omnium longiſſimis foliis naſcens, & *Lapathum hortenſe folio oblongo* C. B. parum a priori diverſum refero, & denique *Lapathum venis foliorum ſanguineis* ſive *Lapathum folio acuto rubente* MORIS. *S. V. T.* 27

Lapathum foliis acutis verticillatum. *Lapathum aquaticum minus* C. B. *Hydrolapathum minus* LOBEL. ic. p. 286. & *Lapathum acutum minimum* LOBEL. *ic. p.* 284. cui folia ima obtuſa, ſuperiora longa, acuta, ſerrata, undulata, flo-

res in raros verticillos inter longiora folia poſiti, a quibus notis forte ſeparari meretur. Ubique in foſſis.

Lapatha ſeminis valvis dentatis.

Lapathum foliis obtuſis, ora criſpa, calycis valvis interioribus ſerratis. *Lapathum vulgare folio obtuſo* C. B. *Lapathum vulgare album folio ſubrotundo* MUNTING. *Brit. p. 68.* Ad vias.

H. Lapathum arvenſe ſubhirſutum, folio retuſo, caule longius brachiato, capſula ſeminis crenata TILLI *hort. Piſani T. 37. f. 2.* Valvae ſeminis multo acutiores & profundius dentatae, quam in vulgari, ſemina etiam majora.

Lapathum perenne, foliis longiſſimis, calycibus ciliatis *Burgold Dock* PETIVER *hort. brit. T. 2.* *Lapathoides fiſtuloſo caule, anguſto, ſalicis folio, ſemine in calyculis echinatis latescente* AMMAN. *n.* 228. *Anthoxanthon* I. B. II. p. 987. *Lapathum aquaticum, luteolae folio* BOCC. *Mus. di piant. T.* 104. Paſſim inter *Holtenſen* & *Bovenden* in via publica, gramine tenui veſtita. Circa *Seeburg* & *Sulbeck*. Circa *Potsdam* ROLOF.

H. Lapathum annuum, foliis lingulatis, verticillis denſiſſimis, ciliis calycis longiſſimis. *Lapathum aegyptiacum annuum, parietariae folio, capſula ſeminis longius barbata* TILLI *T.* 37. Tres valvae ſimplices extus, tres interius longiſſimae, quinque ad ſeptem ciliis pinnatae.

H. Atriplex caule erecto, annuo, foliis triangularibus. Cliff. 469. *hortenſis alba ſive pallide virens* C. B. *Atriplex* BLAKW. *T. 99.*

H. Atri-

H. Atriplex fruticoſa, foliis ovato triangularibus, incanis. *A latifolia, ſive halimus fruticoſus latifoliùs* MOR. *Halimus* I. CLUS. *hiſp. p.* 53. *Halimus* LOB. *ic. p.* 393. Ulyſſippone ad mare, Hiſpali ad ſepes.

H. Atriplex fruticoſa, foliis lingulatis, incanis. *Atriplex maritima, anguſtiſſimo folio* I. R. H. *Halimus II.* CLUS. *p.* 54. *Portulaca marina ſ. crithmum* DONAT. *p.* 74. Ad mare mediterraneum. Flores mares concavi, foliis quinque, & quinque antheris fiunt, flores feminini quinque foliis, verrucoſa eminentia notatis. Ea quinque folia in duos erectos mucrones procurrunt. Tubae duae & tres.

Atriplex foliis incanis, ſerratis, capſulis quadrangularibus, dentatis. *A. ſylveſtris fructu roſeo, compreſſo* C. B. *Prodr. p.* 58. RUPP. p. 341. Ad muros *Langenſalzae vorm Mühlhauſerthor.* In pago *Ermsleben*, & *Burgau*, in Thuringia.

Atriplex foliis triangulis, rariter dentatis. *Atriplex folio haſtato ſ. deltoide.* MORIS. *Delt Orrach*, & *Deltſea Orrach* PETIVER. H. B. T. VII. Ad foſſas circa *Holtenſen*: circa fontem ſalſum *Harſtenſem*, & circa *Salzderhelden*, pulpoſior, ubi in ſalſis naſcitur.

Atriplex annua, foliis imis ſagittatis, ſuperioribus lingulatis, valvis ſeminis dentatis. *Atriplex vulgaris anguſtifolia cum folliculis* I. B. II. *p.* 973. *Spear Orrach*, & *Graſſ-ſea Orrach.* PETIVER. H. B. *T.* 7. In hortis ſponte, adque vias foſſasque & fimeta. A priori proxime abeſt.

 H. Cheno-

H. Chenopodium foliis ſinuatis, ſubhirſutis. *Botrys.* In alveo fluvii Broye Helvetiae. In Hungaria, comitatu Goeritienſi, ducatu Mediolanenſi, Toſcana.

Chenopodium foliis ſinuatis, ſubtus incanis. *Chenopodium anguſtifolium laciniatum minus* I. R. H. *Rands Oak Blite* PETIVER. *T.* 8. Circa aquas ſalſas ubique, & Jenae *auf der Inſul.*

H. Chenopodium foliis ſubhirſutis, oblongis, dentatis. *Botrys mexicana odorata* MUNTING *f.* 118. *Botrys Americana* ZANON, *ed. nov. p.* 75. *T.* 50.

Chenopodium foliis levibus, difformiter dentatis, calycibus rubris. *Chenopodium folio laciniato, coma purpuraſcente* VAILL. *Thik Shining Blite* PETIVER. H. B. *T.* 8. *Atriplex ſylveſtris latifolia* C. B. Ad vias *auf der Allee* &c.

Chenopodium foliis levibus, viridibus, ſeptangulis. *Chenopodium ſtramonii folio* VAILL. *T.* 7. *f.* 3. *Maple Blite* PETIVER l. c. Faetet & venenatum eſt. In hortis.

Chenopodium foliis ſubtus farinoſis, rhomboideis, dentatis *Enum. Helv.* p. 175. *Chenopodium opuli folio* VAILL. *T. VII. f.* 1. *Froſtblite* &c. PETIVER. *H. B. T.* 8.

Chenopodium foliis inferioribus ovatis, acutis, ſummis, lineari lanceolatis Cliff. *Enum. Helv.* p. 175. *Chenopodium folio ſinuato candicante* I. R. H. Valde vereor, ut a priori aliter, quam aetate differat, ut illud junius, hoc adultius ſit.

Chenopodium foliis triangularibus, ſagittatis, margine integerrimis Cliff. *Enum. Helv.* p. 174. *Chenopodium folio triangulo* I. R. H. *Lapathum unctuoſum* MUNTING *brit.* Ubique ad fimeta & ruderoſa.

Cheno-

Chenopodium ex alis racemoſum, foliis glabris, rhomboideis, ſerratis. *Chenopodium latifolium minus ramoſum, florum petiolis longiſſimis, ex foliorum alis confertim naſcentibus* BUXBAUM *Cat. Hall.* p. 69. cum ic. Ad lacum ſalſum in arundinibus & ad ripas. Circa *Schiltigheim* LIND.

Chenopodium faetidum, foliis farinoſis, glaucis, obtuſe rhomboideis. Enum. helv. *Garosmus* DOD. p. 616. *Chenopodium foetidum* BLAKWEL *T.* 100. Circa Jenam, Langenſalzam, Baſileam, Biennam, Genevam.

Chenopodium foliis ovato lanceolatis, integerrimis Helv. p. 176. *Chenopodium betae folio* T. Par. p. 187. *Blitum ſylveſtre* CAMER. *epit.* p. 237. *All ſeed Blite* PETIVER. *T.* 7. In agris & hortis ſponte naſcitur.

H. Chenopodium foliis lineari lanceolatis, recurvis, dichotome ramoſis, ſetis terminatis GMELIN: *Comment. Gott.* 1752.

H. Chenopodium foliis ſubulatis, planis, ſubtus convexis LINN. *Chenopodium ſedi folio, minimo, facie Kali, ſemine ſplendente* BOERH. *Kali minus* LOB. *ic. p.* 394. Ad ripas maris mediterranei, Monspelii &c.

H. Chenopodium foliis linearibus, hirſutis, adſcendentibus. *C. villoſum lini folio* I. R. H. In China & Japonia.

H. Lerchia foliis obtuſis *Comment. Gott.* 1751. p. 223. *Shrub Stone Crop.* PETIVER *T.* 8. *Chenopodium ſedi folio minimo, fruteſcens, perenne* BOERH. nam habitus erectus non ſinit eſſe Chenopodium BUXBAUM *p.* 21. *T.* 31. *f.* 1. etſi nomen convenit. Folia glauca, punctata;

 hinc

hinc convexa, inde plana. In Perſia ad mare hyrcanicum: ad mare Britannicum.

H. Lerchia foliis filiformibus acutis. *Chenopodium altiſſimum, foliis ſucculentis* BUXB. *Cent. I. p.* 21. *T.* 31. *f.* 2. (videtur) Utrique harum plantarum fructus columnae ſimilis, oblongus, non depreſſus, membranaceus, tubae tres, ad quinque.

H. Salſola foliis pungentibus LINN. I. R. H. *Tragum* MATTH. p. 1035. LOB. *ic. p.* 797. Paſſim ad mare mediterraneum, Monspelii &c.

Beta alba I. R. H.

H. Beta ſylveſtris maritima C. B. ſimilis omnino vulgari toto charactere. In ripa maris Britannici, Hibernici.

H. Spinachia vulgaris, capſula ſeminis aculeata, mas & femina.

H. Spinachia vulgaris, capſula ſeminis non aculeata. *Spinachia* BLAKW. T. 49.

H. Spinachia foliis angulofis, caule ramoſiſſimo. Mares flores calyce quadrifido tetraſtemones. Feminis capſulae echinatae, foliolo terminatae, continent ſemen ovale unicum. Ex Sibiria.

Amaran-

Amaranthus procumbens, foliis ovatis, emarginatis Cliff. Helv. p. 176. *Blitum album minus* CAMER. *epit. p.* 236. *Small garden Blite* PETIVER *T.* 7. Monoecia eſt, calyce triglumi, ſtaminibus & tubis ternatis, ſemine ſimplici. In hortis, & in arenoſis ad Rhenum.

H. Amaranthus erectus, foliis emarginatis. *Blitum pulchrum, magnum, rectum, rubrum* I. B. Monoecium: flores mares triglumes, triſtemones, feminae triglumes, capſula monoſperma cum tribus tubis.

H. Amaranthus racemis cylindraceis, pendulis, longiſſimis LINN. *Amaranthus maximus.* C. B. Monoecius: calyce quinquefolio, ſtaminibus quinque. Sub flore anguſtum folium figet. Feminis calyx ſimilis; fructus monoſpermos, bicornis: ſub flore etiam gluma ariſtata.

Reperitur α. viridis.

β. maculatus,

γ. ruber. &c.

H, Amaranthus racemis cylindraceis erectis, alis ſpinoſis Cliff. RUMPF. L. VIII. c. 44. *Amaranthus indicus ſpinoſus, ſpica herbacea* HERM. H. L. B. p. 333. Monoecius: calyce quinquefolio, ſtaminibus quinque, fructu monoſpermo, tricorni. r.

H. Amaranthus capitulis ſubrotundis, lateralibus foliis lanceolatis acuminatis. Cliff. *Tricolor* vulgo. Calycis ſquamae tres & ſtamina tria maribus, feminis calyx ſimilis, fructus monoſpermos, tricornis.

H. Amaranthus ſpicis lateralibus conjunctis Cliff. *Amaranthus ſylveſtris maximus novae Angliae totus viridis* I. R. H. Monoecius eſt: calyx quinquefolius, ovarium monoſpermum, cum tubis tribus, ſtamina maribus quinque, & ſub flore gluma ariſtata.

H. Amaranthus Virginianus latifolius, ſpicis purpureis tenuibus. A Cl. SIBTHORPIO ſemen habui. Planta a vulgatis mihique notis diverſa eſt: foliis ovato lanceolatis, ſpicis ex ſummis ramis ſtrigoſis, quaſi hiſpidis, ob longitudinem ſquamarum floribus ſubjectarum. Monoecius eſt: flore mare quinquefolio, glumis ariſtatis, pentaſtemone; feminae fructus monoſpermos, tubae tres.

H. Amaranthus foliis ellipticis, racemis in alis ſeſſilibus: *A. frutescens anguſtifolius, Ceylanicus ac Gangeticus* Randi. Folia anguſta, ovato lingulata. flores virides in racemis ad foliorum alas. Monoecius eſt, ſtaminibus & foliis calycis tribus, & fructu perinde tricorni monoſpermo.

H. Celoſia foliis lanceolatis ovatis Cliff. Eſt autem Amaranthus $\alpha$, Spicatus 1. ruber

2. ruber & flavus MOR. S. V. T. 31.

3. fla-

3. flavus.
4. ruber pallens
5. flavus pallens

β. criſtatus

Androgynus eſt, ſtaminibus quinque connatis, fructu polyſpermo, tuba ſimplici, apice breviter trifido. Calyx quinquefolius, cum ſquamis ad baſin acceſſoriis, ut in aliis amaranthis.

H. Celoſia floribus rigidis retroverſis. *Scheru cadelari* H. MALAB. T. X. tab. 79. *Amaranthus ſpicatus ceylanicus, foliis obtuſis* BURM. *theſ.* T. 3. f. 3. *Amaranthus ſpicatus perennis ſiculus* BOCC. T. 9. In Japonia &c. Calyx primus trifolius, alter quinquefolius rigens, ſtamina connata quinque, quorum antherae cum plumulis purpureis alternant. Tuba recta ſimplex. Semen unicum lenticulare. Flos maturus contra caulem reflectitur.

H. Chenopodiomorus foliis rariter ſerratis. *Atriplex ſylveſtris lappulas habens.* C. B. *Spinachia fragifera* ALDIN. p. 84. In Rhaetia, Anglia.

H. Chenopodiomorus foliis argute dentatis. *Chenopodiomorus major Tartarica.* An n. 3. Randii? *Blitum fragiferum maximum polyſpermom* AMMAN. n. 239.

Triclis triſtemon, foliis conjugatis. *Marina incana anthyllis &c.* LOBEL. *ic. p.* 468. Flos pentagonius: calycis folia quinque, alis albis, acuta, cava, plicata, ſuper cavita-

 tem

tem in ſpiculum coeunt; Stamina tria: Fructus conicus polyſpermos, Tricapſularem facit LINNAEUS *Philoſ. bot.* p. 258. Tubae tres. Folia ovata conjugata: in ſummis caulibus paniculae nudae: Sub diviſionibus petiolorum ſquamae ſplendentes lanceolatae. Circa Monspelium, Veronam.

H. Triclis pentaſtemon foliis umbellatis. *Comment. Gott.* 1752. Cauliculi umbellis florum pendulorum terminati, quae ex roſulis foliorum linearium obtuſorum prodeunt. Calycis foliola quinque, albo viridia, ſtamina totidem, tubae tres, fructus ovato conicus, trilocularis, polyſpermos, ſemina nitida lenticulata. In Sibiria, Africa.

H. Axyris herbacea amentis maſculis corymboſis pedunculatis MARTINI *Comm. Gott.* 1752. Folia pallida, ovato lanceolata, obtuſa, integerrima. Flores mares ramos terminant, ſpicati, gluma oblonga, hirſuta & ſtamine unico facti; Feminini ſub maribus primo bifolio calyce, deinde involucro tenero, plumoſo, quadrifido tecti, ſemine margaritiformi. Tubae duae filiformes. In Sibiria.

H. Coriſpermum hyſſopifolium IUSSIEU *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1712. cum ic. Spicae maſculae, ut in Axyri, ramos terminant, fiunt autem uno, duobus, tribusve ſtaminibus. Inferiori loco ſemen ſolitarium nudum, compreſſum, cum duabus tubis. In Tartaria, Sibiria. H.

H. Ceratoſpermum GERBERI *Ceratocarpus* BUXB. *Act. Petrop.* T. I, p. 241. In arenoſis Tartariae Ruſſicae.

Parietaria foliis ellipticis. *Parietaria officinarum & Dioscoridis.* C. B. Circa *Northeim.*

Parietaria foliis ovatis. *Parietaria minor ocimi folio* MUNTING T. 227. *Parietaria Ocimi folio* TRAG. BOCC. p. 47. & *Alſines folio ſicula* ib. Sponte nascebatur in horti Gottingenſis area, antequam coleretur. Nunc evanuit. Etiam in Aſia minori POCOK.

H. Urtica racemifera maxima ſinarum, foliis glaucis, ſubtus lanuginoſis PLUKNET. *Amalth.* 212.

Urtica foliis oblonge cordatis Helv. 177. Cliff. *urens maxima* C. B. BLAKWELL. T. 12. Dioicia: Ubique locis ruderoſis naſcitur.

H. Urtica pilulifera, foliis cordatis, circumſerratis. *Urtica urens prior* DOD. MALCHANT. p.323, *Schorigenam* H. MAL. II. ic. 39. In Anglia PETIVER: inque Gallia, Italia, Oriente. Moguntiae TURNER. Monoecia.

H. Urtica pilulifera, foliis ovatis integris: *Urtica altera pilulifera parietariae foliis* I. R. H. MALCHANT. p. 323.

H. Urtica foliis profunde laciniatis, ſemine lini AMMAN. n. 249. T. XXV. Ex Sibiria.

Urtica androgyna, foliis ovatis, amentis cylindraceis LINN. Helv. 178. *Urtica urens minor* C. B. Ubique ad ſepes.

Biſtor-

Biſtorta foliis imis appendiculatis, ſemine triquetro. Helv. 178. *Biſtorta* CAM. *Epit. p.* 683. Folio magis & minus rugoſo ludit. Ubique in pratis udis.

Biſtorta foliis ad oram nervoſis, imis ovalibus, ſuperioribus linearibus Enum. Helv. p. 179. *Biſtorta minor ſ. alpina* CAMER. *epit. p.* 684. *Small Biſtort.* PETIVER. T. V. Semen conpreſſum gigartinum: Alpina eſt.

Perſicaria foliis ſerratis, ſpica denſa cylindrica. *Potamogeton ſalicis folio* C.B. *Fontalis ſ. Potamogeiton* DODON. *Cereal. p.* 227. Paſſim in foſſis & in ſtagnis. Eadem in ſiccioribus foſſis hirſuta, erecta, reperitur, & pauló rarius, floret tamen: Segmenta floris in ortu macula ſaturatiori vel glandula ornata, tuba bicornis eſt, ſtaminrs. Eſt *Amphibious Arsmart* PETIVER *herb. brit. T.* 3.

Perſicaria vaginis florum ciliaribus ſpicis interruptis denſioribus Helv. p. 180. *Perſicaria mitis* BLACKWELL. *herbal.* T. 118. In hortis ubique & ad vias. Tuba bicorins. Stamina quinque ad octo, plerumque tamen ſex. Pleraeque vaginae ciliatae ſunt. Nonne varietates alba & rubra ſunt *Velutta Mudela Muccu* H. MAL. XII. T. 36. & *Schovana mudela* Muccu T. 77. & *Belutta Modela Muccu* X. T. 80. quod idem nomen cum primo eſſe videtur. Adeoque fere toto in orbe naſcitur.

Perſicaria foliis ſubtus tomentoſis Helv. 181. DALIBARD *flor. Pariſ.* p. 119. *Silver Arsmart* PETIVER *herb. brit. T.* 3. Gottingae reperta, varictas inſignis prioris eſt,

Per-

Perſicaria foliis anguſtiſſimis, pene glabris, ſpicis interruptis rariſſimis, vaginis ciliaribus. Helv. 181. *anguſtiſolia* C. B. *Prodr.* p. 43. *In der Lith,* ſylva inter *Lenglern* & *Bovenden.* Etiam varietas eſt mitis ſpeciei.

Perſicaria acris, ſpicis longis ſtrigoſis, vaginis non ciliatis. Helv. 181. *P. Urens, ſ. hydropiper* I. R. H. In foſſis vulgo. Stamina etiam ſex & tuba profunda bifida.

H. Perſicaria orientalis Nicotianae folio, calyce florum purpureo T. Cor. Comm. rar. f. 43. Tuba bicornis, ſtamina octo; in principio ſegmentrum floris octo glandulae. Semen triquetrum.

H. Perſicaria montana, latifolia, racemoſa AMM. n. 240. In Sibiria paſſim. Huic ſtamina ſeptem, octo. Semen triquetrum. Tubae tres, glandulae obſcurae.

Fagopyrum erectum, fructu ex calyce eminente levi Enum Helv. p. 172. *Frumentum Saracenicum.* MATTH. p. 394. Stamina octo, glandulae octo, tubae tres. Colitur in Saxonia inferiori.

Fagopyrum erectum, fructu ex calyce eminente ſerrato: *Fagopyrum erectum fructu aſpero* AMM. n. 242. In Sibiria, Finnia. Flos viridis, ſemen triquetrum ſerratum, tuba tripartita, glandulae obſcurae.

Fagopyrum vulgare ſcandens. I. R. H. Stamina octo, glandulae nullae, tuba tripartita. In agris ubique.

Polygo-

Polygonum vulgare latifolium C. B. *Polygonum mas* MATTH. p. 951. Stamina octo, ſemen triquetrum, tubae tres. Multas varietates habet PETIVER *T.* 18.

II. Polygonum perenne, vaginis ampliſſimis *Polygonum marinum* PETIVER *T.* 10. Stamina octo. Semen triquetrum. Tubae tres. Ad ripas maris mediterranei, Monspelii &c.

De generibus harum plantarum multum nuper diſputatum eſt. Ex ſtaminibus oporteret unire Polygonum cum Perſicaria amphibia: deinde Perſicarias reliquas, Biſtortas & Fagopyra. Ex glandulis, ſecundum CL. BOEHMERUM, cum Perſicaria amphibia, & Nicotianae folio, fagopyrum erectum unum genus efficerent, Perſicariae reliquae Fagopyrum ſcandens & Polygonum genus alterum. Ex ſemine triquetro Perſicaria Sibirica, Fagopyra tria, Polygonum & Biſtorta prior, deinde Perſicariae reliquae, & Biſtorta altera genera peculiaria efficerent. Ex ſeminibus, glandulis & ſtaminibus conpoſitis plura genera naſcerentur, & tot fere quot ſpecies ſunt. An omnes conjungendae, ut nuper LINNAEUS in *Mat. med*? Et quomodo Polygonum tunc ab Herniaria ſeparabitur, ſi ſemen nihil valet, neque ſtamina, neque glandulae?

Herniaria calycibus bractea nudis LINN. *Herba Turca* LOB. ic. p. 421. *Um Northeim, Herzberg, Schartsfeld, Jena.*

Hernia-

H. Herniaria bracteis nitidis, flores ſuperantibus LINNAEI. *Paronychia hiſpanica* CLUS. *hiſp.* p. 478. *Polygonum argenteum anguſtifolium & latifolium* MUNT. *hiſt. f.* 231. Circa Salmanticam, Monspelium, Maſſiliam, in Palaeſtina.

Illecebrum LINN. *Polygonum parvum, flore albo, verticillato* VAILL. *T.* 15. *f.* 7. Abunde in arenoſis Cellenſibus.

Theſium LINN. *Anonymos Lini folio* CLUS. *Pann.* p. 312. In montibus Germaniae, ut in M. *Weisner* Haſſiae, *Altenſtolberg* & circa *Ienam* paſſim.

## MEIOSTEMONES.

Alchimilla foliis integris ſtellatis polygoniis Helv. 184. *Alchimilla* BLAKWELL *T.* 12. *Stellaria* CAMER. *Ep. p.* 908. In nemoribus abunde.

Alchimilla foliis mollibus, ſemitrilobis, lobis inciſis. *Parsley Piert* PETIVER. *T.* 9. *Perchepier* vulgo. Etiam quatuor minora ſegmenta intermedia in flore habere, & ex baſi tubam monet Vir Cl. P. C. FABRICIUS *flor. helmſt.* p. 41. In agris noſtris paſſim.

DIPLO-

## DIPLOSTEMONES.

Knawel annuum majus, flore minori *Helv.* p. 186. *Polygonum minus polycarpon* TAB. p. 834. In agris paſſim, tum procumbens, tum erectum.

Knawel incanum, flore majori perenne RAI. *Synopſ.* III. *T. V. f.* 1. *Upright Knawel.* PETIVER. *T.* 9. *Polygonum polonicum cocciferum* BREYNE *de cocco rad. f.* 1. In arenoſis cellenſibus circa *Engeſen* & alibi. Penitus a priori diverſum, erectum, humilius, floribus majoribus, ora laciniarum alba.

Chryſosplenium foliis alternis Helv. p. 189. amplioribus auriculis I. R. H. Copioſiſſime *am Geismer Baechlein im Walde.* Calyx patulus quadrifolius, ſtamina octo, fructus unilocularis, in duas valvas revolutus. Petala nulla. Longe plus differt a Saxifraga, quam Celoſia ab Amarantho.

## POLYSTEMONES.

*H.* Euphorbium tetragonum & pentagonum ſpinoſum Canarinum BOERH. *Tithymalus aizoides fruticoſus aphyllos quadrangularis & quinquangularis, ſpinis geminis atrovirentibus armatus H. Amſt.* T. II. p. 270. Ex Africa calidiori.

H. Aloe africana humilis, ſpinis & verrucis obſita COMM. *Prael.* ic. 26. *plant. rar.* ic. 46.

H. Aloe africana minima, ſpinis herbaceis, numeroſis ornata BOERH, T. II. p. 131. Spica rara. Flos difformis. Tria petala ſuperiora gracilia, reflexa, obtuſiora, alba cum linea fuſca, propiora, tria inferiora diſtantia hia-

hiatu aliquo, deorſum pendula, diſſita, ut unum ſuperius, duo inferiora ſint. Alba ſunt, mucrone acuto, viridi, linea virente diviſa. Petala fere tota diſtincta ſunt. Stamina de more ex receptaculo naſcuntur. Fructus ovato cylindricus. Tuba brevis, craſſa, trifido ſtigmate.

H. Aloe Americana, breviſſimo & craſſiſſimo folio, flore ſubviridi. *H. Amſt.* II. f. *6. Aloe africana, breviſſimo & craſſiſſimo folio, flore candido.* TILL. T. V. Characterem dedit TREW. l. c. p. 323. *T.* 2. f. 19. 20. 21. Folia ſatis bene pinxit FAIRCHILD *in Blair, bot. eſſ.*

H. Aloe africana erecta, folio rotundo, acuminato. COMM. *Prael.* ic. 32. TREW. l. c. f. 28. 29. 30. 31. 32. *folio parvo & in mucronem rigidiſſimum exeunte* ELTH. f. 14. bene. Flos maxima parte cylindricus, ſex lineis criſpis, granulatis, obductus. Ultra eam cylindrum, viridem, granis albis, contrahitur flos, iterumque reflectit tria ſegmenta flava, obtuſa, ovata, linea media viridi. Tria flava introrſum connivent. Stamina ex receptaculo. Fructus cylindricus, tuba breviter tricornis.

H. Aloe africana, humilis, folio triangulari, rigido, albicante. COMM. *Prael.* ic. 30. *plant. rar.* f. 48. Folium planius, ora alba.

H. Aloe africana, humilis, foliis ex albo & viridi variegatis COMM. *Prael.* ic. 28. *plant. rar.* f. 47. WEINMAN T. 68. 69. & TILL. T. 8. Floris tubus cylindricus, obliquus, lineis pictus viridibus, reliqua parte corallinus & pallens. Segmenta brevia, ovato lanceolata,

 linea-

lineata. Fructus cylindrico trigonus. Tuba ſtaminibus brevior, ſine oblique truncato.

*H.* Aloe africana ſeſſilis, foliis carinatis, verrucoſis ELTH. T. 16. Nonne *Aloe americana flore rubro, folio triangulari & verrucis ab utraque parte albicantibus notato* H. *Amſt.* II. f. 9?

*H.* Aloe africana margaritifera minima TREW. T. III. p. 34 ad 43. ELTH. f. 18. Flos tubuloſus ſub diviſione ſegmentorum anguſtior, poſſit pro hexapetalo haberi, petalis conglutinatis. Segmenta brevia, ovata, repanda, duorum ordinum, viridia, oris albis. Tuba craſſa, apice ſpongioſo, obſcure trifido. Fructus ovato cylindricus, tribus lineis notatus.

*H* Aloe africana margaritifera minor. H. ELTH. f. 17. H. *Amſt.* II. f. XI. Huic verrucae minores, folia breviora.

H. Aloe africana, foliis planis, conjugatis, carinatis, verrucoſis, caule & flore corallii colore BOERH. T. II. p. 131. WEINM. T. 58. Huic folia longiſſima, verrucae pulcherrimae. Tubus floris curvus, baſi craſſa corallina, inde virens, pallidis ſegmentis, alterne majoribus brevibus. Fructus triquetro cylindricus, ſex lineis notatus, trilocularis, aperitur oris replicatis, cordiformibus. Semina atra triquetra, matureſcunt.

*H.* Aloe Ceylanica pumila, foliis variegatis. H. *Amſt.* II. f. 21. foliis quam ſequens anguſtioribus.

H. Aloe

*H.* Aloe Guineenſis, radice geniculata, folio variegato. COMM. *Pracl.* f. 33. & H. *Amſt.* II. f. 20. TREW. T. III. f. 44. 45.

*H.* Aloe africana, flore rubro, folio triangulari, maculis ab utraque parte albicantibus notato H. *Amſt.* T. II. f. 8. TREW. T. III. f. 24 ad 33. Flos curvus, cylindricus, fundo ventricoſo, corallino, reliqua parte graciliori pallida: ſegmenta floris albo viridia, tria exteriora acutiora, tria interiora ovata latiora, omnia ad baſin diviſa, ſed conglutinata. Stamina ex receptaculo, floris longitudine. Fructus prismaticus, ſex ſulcis diſtinctus. Tuba longa, ſimplex, curvula.

*H.* Aloe - - - maculis obſcurioribus quam praecedens BOERH. *Ind. alt.* Huic flores ſimiles, multo minores.

H. Aloe africana, arboreſcens, montana, non ſpinoſa, folio longiſſimo, plicabili, flore rubro H. *Amſt.* II. f. 3. TREW. p. 324. T. II. f. 35. 36. T. III. f. 13. 14. 15. 16. 17.

*H.* Aloe africana, folio triangulari, longiſſimo & anguſtiſſimo, floribus luteis foetidis H. *Amſt.* T. II. f. 15. Ob florem tubuloſum ex petalis conglutinatis & fructum pyramidalem ſeparat ab Aloe Cl. TREWIUS *Comm. Lit.* 1744. p. 375. T. 2. f. 8. 9.

His ex florum definitionibus, & ex collata ſpecie Guineenſi, quae nobis nondum floruit, adparet, nihil eſſe in Aloes floribus, quod cohaereat, & tria ad minimum quatuorve genera facienda eſſe, ſi ſeparaſſe expedit, diverſa ob ſitum floris cum fructu, ob florem curvum, difformem

ob

ob florem ſimplicem tubuloſum, ob florem ex longo tubo ſexfidum.

*H.* Hyacinthus oblongo flore, caeruleus, major C. B. *Hyacinthus anglicus.* AIST. *vern.* O. 2. T. 8. &c. & *belgicus.* LOB. ic. 103. Varietates flore albo, pleno & aliae dantur. Sponte nascitur in Anglia, Hybernia, Helvetia meridionali.

*H.* Hyacinthus orientalis DOD. *Coron.* p. 173. qui vulgo plenus in hortis habetur, flore *latiori, breviori*, magis campanulato.

H. Hyacinthus racemoſus moſchatus *Muscari flore obsoleto.* CLUS. *hiſp.* p. 519. de BRY II. 51. In Syria.

H. Hyacinthus maximus botryoides, coma caerulea I. B. *Hyacinthus* CAMER. *ep.* p. 798. Dicunt circa *Jenam* naſci: Monspelii provenit.

*H.β.* Hyacinthus Saneſius, paniculata coma COL. *Ecphras.* II. p. 12. Monſtroſa planta.

H. Polyanthes, qui Hyacinthus tuberoſus indicus, flore hyacinthi orientalis. *Tuberoſa vulgo.* In BROSSEI *tabb. Hyac. ind. tuberoſa radice* VALLET. T. 32.

H. Polyanthes floribus umbellatis LINN. EHRET. T. 10. *Hyacinthus africanus, tuberoſus, flore caeruleo, umbellato,* COMM. II. *Amſt.* II. ic. 67.

H. Poly-

Polygonatum bifolium, ſcapo florigero aphyllo *Enum. Helv.* p. 286. *Lilium convallium* CAM. *Ep.* p. 618. BLAKWEL. T. 70. *Majanthemum* SIEGESBECK. *propr. lib.* cum varietatib. Ubique in ſylvis.

Polygonatum caule cernuo longiori, alis multifloris *Enum. Helv.* p. 287. *Polygonatum vulgare latifolium.* C. B. Ubique in dumetis.

Polygonatum caule cernuo, anguloſo, breviori, alis unifloris *Enum. Helv.* p. 287. *Polygonatum flore odoro.* CLUS *Pann.* p. 263. *Sweet Salomons Seal* PETIVER *herb. brit.* T. 44. In praecipitiis montis, qua ad arcem Pleſſam adſcenditur.

Polygonatum foliis verticillatis *Enum. Helv.* p. 288. *Polygonatum anguſtifolium non ramoſum.* C. B. *Im Eulenloch, Rohringer Walde, Heymberge,* ubique in ſylvis noſtris & in ſylva hercynia.

Unifolium. *Lilium convallium minus.* C. B. *Gramen Parnaſſi.* CAM. *ep.* p. 744. In omnibus ſylvis.

Aſparagus domeſticus AIST. *Vern.* O. 9. T. 9. Circa Moguntiam, inque Rhodani inſulis.

*H.* Aſparagus aculeatus ſpinis horridus I. R. H. *Corruda tertia* CLUS. *hiſp.* p. 461.

H. Ruscus latifolius, fructu folio innascente. I. R. H. *Laurus alexandrina, Chamaedaphne.* COL. *Ecphras.* I. p. 165.

165. ic. Foliolum ex medio nervo naſcitur, & ex ejus ala petiolus floriger teres; petala ſex lingulata, albo viridia, tria interiora minora. Bacca violacea, ovata, cylindrica, tuba ſimplici, ſine craſſiori. In Italia, Hiſpania.

H. Ruscus anguſtifolius, fructu ſummis ramulis innascente I. R. H. *Laurus Alexandrina ramoſa, fructu e ſummitate caulium prodeunte* H. R. *Paris.* & H. L. *Bat.* p. 681. ic. Penitus diverſo modo floruit. Flos globoſus, ore quinqueſido, breviter dentato clauſo. In tubi floris interiori parte quinque ſquamae breves obtuſae. Fructus rotundo triquetrus, mollis, monoſpermos, in quo ſemen rotundum. Character ergo a reliquis ſpeciebus Ruſci diverſiſſimus.

H. Ruscus myrtifolius aculeatus. I. R. H. *Ruscus* I. B. I. p. 579. In Anglia, Gallia, Hibernia, Veronae. Folii nervo haud longe a baſi inſidet flos ſeſſilis hexapetalos, foliis tribus amplioribus, ovato acuminatis, tribus anguſtioribus, acuminatis, interioribus. Bacca violacea in centro. Folium florem ſuſcipiens nullum adeſt.

H. Smilax aſpera fructu rubente. I. R. H. *Smilax aſpera* VESLING *obſ.* p. 78. *rutilo fructu* CLUS. *hiſp.* p. 219. Flos clauſus, cylindricus. Petala tria, longa, cava, obtuſa, viridia, pallida, tria minima, erecta, paulum cava, breviora, acuta. Bacca nitida, cum tribus tubis recurvis, repandis, plumoſis, pene cohaerentibus. *In Hiſpania*, *Gallia* calidiori, *Aegypto*.

H. Smi-

H. Smilax orientalis, aculeatis ſarmentis, foliis non ſpinoſis TOURN. *Coroll.* Flos connivens purpureus: tria petala majora, cava, tria minora erecta anguſtiora, tubae tres ſpongioſae. Bacca ovato conica, purpurea, polyſpermos. In Palaeſtina POCOCK.

H. Dens Canis latiore & rotundiore folio. In Sibiria ad fontes *Tomi fl.* In agro Veronenſi.

Lilium foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis Cliff. *Enum. Helv.* p. 289. *Martagon* CAM. *Epit.* p. 571. *Lilium montanum, floribus reflexis.* I. R. H. In ſylvis paſſim. Multae varietates ſunt, quales habet VALLET T. 10. ſeqq.

H. Lilium foliis ſparſis, corollis campanulatis, intus glabris. Cliff. *Lilium album vulgare, flore erecto* MORISON. IV. T. 21. *Lilium album* LOB. ic. p. 162. AIST. *Vern.* O. 5. T. 9. f. 1. PASS. ic. 102. *Lilium* CAM. *Epit.* p. 570. In Tartaria circa *Kirin-Hotun.*

*H.* Lilium purpureo croceum majus C. B. *Hemerocallis* CAM. *Epit.* p. 616. *Lilium rubrum bulbiferum* du PASS. ic. In Helvetiae montoſis non ſatis certo. In Sibiria frequens circa Fl. *Kan.*

H. Fritillaria radice depreſſa ROY. *Fritillaria vulgaris.* VALLET. T. 15. *Fritillaria flore purpureo* du PASS II. T. 33. *Fritillaria praecox purpurea variegata.* C. B. In paludoſis circa *Goudeba* Helvetiae. Budae. In Anglia rarius, in Palaeſtina POCOCK. Tubae tres, nectarium obscurius. H.

*H*. Fritillaria flore albo du PASS. T. 33.

*H*. Corona Imperialis I. R. H. VALLET. T. 1. MOR. S. W. T. 19. AIST. *Vern. Ord.* 5. T. 2. Tuba unica, extremo trifido, nectario niridiſſimo.

*H*. Tulipa praecox &c. Sponte in Palaeſtina, Schirvan &c.

H. Yucca foliis aloes. *Hyjucca Canadenſis* ALDIN. p. 32. ſeqq. *Yucca* VALLET. T. 72.

*H* Hemerocallis radice tuberoſa, corollis monopetalis ROY. *Lilioaſphodelus phoeniceus.* LOB. ic. p. 93. GARIDEL. T. 61.

*H*. Lilioaſphodelus luteus VALLET. T. 16. *latifolius* LOB. ic. 92. *Lilium luteum, aſphodeli radice.* MOR. T. 16. In Sibiria fere tota. In agro Veronenſi.

H. Aſphodelus caule ſimplici, folioſo, foliis trigonis, fiſtuloſis Cliff. *Aſphodelus luteus* LOB. *coron.* p. 143. *flore & radice.* C. B. MORIS. S. IV. T. I. Stamina baſi villoſa, tuba fine ſimplici, flos expanſus.

H. Aſphodelus minor, folio fiſtuloſo. MOR. 16. *Aſphodelus minor.* III. CLUS. p. 296. Stamina tria, filamentis latis, barbata, tria anguſtis: flos patulus: tuba tribus globulis ſpongioſis terminata. In Syria, Minorca.

*H*. Phalangium capenſe ſeſſile, foliis aloeformibus, pulpoſis DILL. *Elth.* p. 312. f. 299. Stamina plumoſa, petala ex viridi lutea, tuba ſimplex, filiformis.

H. Phalan-

H. Phalangium africanum, foliis cepaceis, floribus ſpicatis, aureis BOERH. Stamina barbata, tuba fine triquetro.

Phalangium radicibus teretibus, caule nudo, foliis gramineis, petiolis florum non ramoſis *Enum. Helv.* p. 292. *Phalangium, parvo flore, non ramoſum* I. B. *Liliago*, CORDI p. 150. *b.* In aſperis lapidoſis ad viam in arcem *Pleſſ.* Filamenta glabra, flos patulus, petala virente linea diſtincta, folia ſolida, ad terram ordinata, caulis ſimplex.

Phalangium radicibus teretibus, foliis gramineis, caule nudo, petiolis florum ramoſis. *Enum. Helv.* p. 292. *Phalangium, parvo flore, ramoſum* C. B. *Phalangium* CAM. *Epit.* p. 580. In ſylvis circa *Jenam*, inter *Lancha* & *Freyberg*. *In Altenſtolberg.* Habitus multo priori mollior, & ſparſus magis, & flores minores. Flos patulus, viridibus lineis, ſtamina glabra, tuba ſimplex, fine globoſo.

*H.* Phalangium - - - valde ſimile proxime priori, flore toto albo, neque macula virente ſub apice petali notato, foliis mollioribus, reflexis; ſtamina huic glabra, & tuba fine globoſo. Eſt *Ornithogalum, ſpicis florum longiſſimis, ramoſis* GMEL. *flor. Sibir.* T. I. T. 8.

Phalangium radice ſubrotunda, foliis & floribus umbellatis. *Enum. Helv.* p. 293. *Ornithogalum luteum.* TAB. p. 633. In pratis & agris circa *Gottingam* frequens.

Asphodelos & Phalangia nulla vera nota video ſeparari poſſe, neque facile Ornithogalum.

*H.* Ornithogalum arabicum AIST. *Vern. Ord.* S. T. 12. Flores grandes, albi, linea virente, fructu nigro, ſtamina connata.



H. Or-

H. Ornithogalum Luſitanicum, latifolium. I. R. H. *Hyacinthus Indicus, bulboſus, ſtellatus.* C. B.

H. Ornithogalum, pediculis florum imis ſupremos ſuperantibus. *Enum. Helv.* p. 294. *Ornithogalum umbellatum medium, anguſtifolium.* C. B. *Ornithogalon* ἡλιοκαρμος RENEAULM. p. 88. ic. p. 87. *Ornithogalum minus* du PAS. T. 35. In Helvetia ad vias, ad agros vineasque.

ALLIUM. Primus Ordo ſtaminibus ſimplicibus. *Allia* Tourn. quando folia plana ſunt; *Cepae* quando fiſtuloſa.

Allium inodorum, umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis, in libello meo *de Allio* p. 391. *Allium ſylveſtre, bicorne, flore ex herbaceo albicante, cum triplici in ſingulis petalis ſtria atropurpurea* RAI. *Syn.* III. p. 370. pro varietate vulgari, flore fuliginoſo; & *Allium* ſive *Moly montanum* II. CLUS. *Pann.* p. 213. pro varietate ſuave purpurea. Paſſim circa *Gottingam*, ad viam *Pleſſenſem* proxime caſtrum: Ad dextra prati *Herperhuſenſis*: Copioſe circa *Freyburg* in vineis & vallibus: In ſylvis M. *Altenstolberg.*

H. Allium foliis teretibus, vagina bicorni, umbella pendula, ſuave purpurea *Opusc. bot. de Allio* p. 386. cum icone. *Allium montanum, bicorne, floribus triquetris, purpureis, pediculis longis & reflexis inſidentibus.* In ſylva *del Mantico* prope *Veronam* SEGUIER, ut ex planta ſicca transmiſſa didici.

H. Allium foliis radicalibus ſeſſilibus, lanceolatis, floribus umbellatis ROY. *Opusc. bot. de Allio* p. 383. *Allium monta-*

*montanum, latifolium, flore flavo* CLUS. *hiſt. app. alt. Moly montanum, latifolium, flore flavo* PASSAEI f. 7. In Pyrenaeis M.

H. Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis, ex alis bulbiferum *Opusc. bot. de Allio* p. 382. n. 22. *Moly indicum, flore purpureo* SWEERT. T. 61.

H. Allium umbellatum, foliis fiſtuloſis, conpreſſis, radice obducta reticulo *Comm. Gott.* T. II. cum ic. Radix bulboſa, reticulatis membranis obnupta: folia hinc convexa, inde concava, intus fiſtuloſa. Caulis cubitalis & ultra, vagina brevis. Flos ſpecioſus, albopurpureus. Stamina connata. A GERBERO accepi.

Allium foliis radicalibus latiſſimis, petiolatis, floribus umbellatis ROYEN, *Op. bot. de Allio* p. 379. *Allium urſinum, latifolium* LOBEL. ic. p. 159. Abunde in ſylvis ſuper *Lutjelengen* & circa *Pleſſ.*

H. Allium foliis latiſſimis, radice oblonga, obducta reticulo *Opusc, bot de Allio* p. 375. *Allium montanum, latifolium, maculatum* C. B. In alpibus helveticis *rohten Horn* &c. In ſileſiae montibus in *Aupen Grund, Schneegrube.* &c.

Allium radice ſeneſcente, lignoſa, transverſa *Opusc. bot. de Allio* p. 370. *Allium* ſive *Moly Narciſſinis foliis* II. CLUS. *Pann.* p. 221. 222. In monte *Altenstolberg,* & in ſylva *Welmeſe.* Hujus paulo grandior varietas eſt *Allium ſcapo ancipiti, teretiusculo; foliis enſiformibus, hinc paulo convexioribus* GMEL. *flor. Sibir.* I, p. 53. T. XI. f. 2.

 H. Alli-

*H.* Allium foliis gramineis, umbella ſphaerica, bicolore *Opuſc. bot. de Allio* p. 365. n. 15. *Comment. Soc. Gott* T. II. cum ic. *Porrum anguſtifolium, gramineis foliis, caule alto* &c. EHRHARD. *continuat. Syll. plant.* n. 298. Bulbus cepae, tunicatus, folia plana, duas lineas lata, vagina brevis. Petala exteriora pene tota purpurea, interiora alba cum linea rubente. *Im ried* prope *Memmingen.*

*H.* Allium umbellatum, foliis teretibus radicalibus, ſcapi longitudine, floribus tubuloſis *Opuſc. bot. de Allio* p. 361. n. 14. *Cepa ſectilis* TAB. ic. p. 486. Alpina planta.

*H.* Allium ſtaminibus ſimplicibus, caule medio ventricoſo. *Opuſc. bot. de Allio* p. 360. n. 13. *Cepa oblonga* C. B. A DILLENIO cum nomine cepae Cambricae accepi.

Alter ordo Alliorum eſt ſtaminibus alterne trifidis, *Porra* T. & auctorum.

*H.* Allium ſtaminibus ſaepe alterne trifidis, caule ad terram ventricoſo. *Op. bot. de Allio* p. 356. n. 12. *Cepa rubra* TAB. ic. p. 483.

*H.* Allium ſtaminibus alterne trifidis, praelongis, capite ſphaerico, atropurpureo *Opuſc. bot. de Allio* p. 355. n. 11. *Moly atropurpureum* SWEERT. T. 60.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, ſpica ſphaerica, foliis gramineis, radice multiplici *Opuſc. bot. de Allio* p. 350. n. 8. *Allium montanum, capite rotundo* C. B. Circa *Erfort* & *Tiefenthal,* & circa *Sulz* in ſegetibus & vineis.

H. Alli-

H. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis floribus ſphaerice congeſtis, radice tunicata, cauli circumnata. *Opuſc. bot. de Allio* p. 348. n. 7. *Porrum commune* MATTH. p. 551.

H. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis latiſſimis, capite ſphaerico, caule ancipiti *Opuſc. bot. de Allio* p.347. n. 6. *Porrum ſcapo nudo, ancipiti, antequam floruerit nutante, follis enſiformibus, hinc paulo convexioribus* GMELIN. *flor. Sibir.* T. I. p. 55, T. 12. A Scorodopraſo differt caule incurvo, conpreſſo, ancipite, florum colore carneo, radice unica absque propaginibus. In montoſis ad fl. *Jeniſeam, Tomum* & *Kanum*.

H. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus ſphaerice congeſtis, radice ſobolifera *Opuſc. bot. de Allio* p. 344. n. 5. *Allium ſphaerico capite, folio latiore* RUDBEK *Camp. Elys.* II. p. 151. In inſula *Holms*, quae in aeſtuario *Sabrinae* eſt. In ins. *Minorca*.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite ſphaerico, bulbifero, radice multiplici *Opuſc. bot. de Allio* p. 338. n. 4. *Cepa juncifolia, minor, purpuraſcens.* C. B. In agris circa *Gottingam* minus quam olim frequens.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, foliis gramineis ciliatis *Opuſc. bot. de Allio* p. 336. n. 3. *Allium montanum, bicorne, latifolium, flore dilute purpuraſcente* RUDBEK. *Elys.* II. p. 155. & RUPP. III. p. 153. cum ic. T. II. *Moly montanum, anguſtifolium,* du PASS. T.

 7. Le-

T. 7. Legi in dumetis, circa montis *Kiſhäuſer* arcem.

H. Allium ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, ſcapo ante maturitatem contorto *Opusc. bot. de Allio* p. 334. n. 2. *Allii genus, Ophioscorodon dictum quibusdam* I. B. II. p. 539.

H. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, capite bulbifero, nucleis in bulbum conjunctis *Opusc. bot. de Allio* p. 331. n. 1. *Allium ſativum.*

H. Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aurea. *Ananas* H. A. I. p. 109. MERIAN. *Surin.* f. 1. 2. BROSS. *tab.* I. 31. VOLCAMER *heſp. contin. app.*

H. Ephemerum *Phalangium Virginianum* MUNT. T. 228. In BROSSEI *tabb. Phalangium americanum, flore violaceo* VALLET. T. 53.

H. Haemanthus foliis linguiformibus ROY. *Haemanthus africanus* H. *Amſt.* f. 64 r.

H. Haemanthus foliis lanceolatis ROY. *Haemanthus colchici folio, perianthiis herbaceis.* DILL. *Elth.* p. 167. f. 140.

FOLY-

POLYSTEMONES MULTILOCULARES

Veratrum flore atrorubente. Conf. *Comm. lit. Nor.* 1743. *hebd.* 9. BLAKW. TELL. 74. Utique flores androgyni. Stamina ſex, ſiliquae tres, baſi connatae. Tubae totidem. Veronae. In Sibiria ad *Turam* fl. In Alſatiae montoſis.

Butomus. *Juncus floridus* MATTH. p. 1037. *Gladiolus paluſtris* PASS. T. 84. *In Gräben gegen Bovenden zu, auf dem Maſch.*

Damaſonium ſiliquis breviſſimis *Plantago aquatica* CAM. *Epit.* p. 264. Ubique in foſſis.

Sagittaria, ſoliis ſagittatis. *Sagitta major* DOD. p. 588. I*m Seeburger See bey Bärenshauſen.* Circa *Cellam.* In *Japonia*: Prima folia ſimplicia ſunt & graminea, inde varietas *Graſſ arrowhead* PETIVER T. 43. reliqua ſagittata, varia latitudine, unde varietates illae, quarum tres depingit PETIVER ibid. folio lato, anguſto, & minor tertia.

Hydrocharis. *Ranae morſus* DOD. *Cereal.* p. 228. Circa *Bärenshauſen. Cellae* ubique.

Nymphaea calyce magno, pentaphyllo, fructu piriformi. *Enum. Helv.* p. 302. *Nymphaea lutea* CAM. *Epit.* p. 635. In foſſis ſuburbanis.

Nymphaea calyce tetraphyllo, fructu rotundo *Enum. Helv.* p. 302. *Nymphaea alba* CAM. *Epit.* p. 634. In lacu *Seeburgenſi*, & in ipſa *Japonia.*

Papa-

Papaver foliis ſimplicibus, glabris, inciſis. *Enum. Helv.* p. 303. *Papaver ſpontaneum, ſylveſtre & hortenſe* C. B. cum varietatibus, etiam magno capite. Ex Papavere iſto opium ſimillimum orientali paravi.

Papaver foliis pinnatifidis, hispidis, fructu ſubrotundo LINN. *Enum. Helv.* p. 303. *Papaver rhoeas.* PASS. ic. 64. *Papaver erraticum* MATTH. p. 1057. Albo flore ſponte inter *Leverſhauſen* & *Cattlenburg.* Aliae varietates hortenſes plurimae ſunt, & quotannis plures naſcuntur.

Papaver foliis pinnatifidis, hispidis, fructu elliptico, hispido. *Papaver capitulo longiori, hispido* C. B. *Häufig auf Aeckern unterm Heymberg.*

Papaver foliis pinnatifidis, hispidis, fructu elliptico, glabro. *Argemone capitulis longis, glabris.* MOR. S. III. T. 14. Paſſim, etiam ſponte in horto. Circa *Walkenried.* In agris *Sulzenſibus.* Haec duo differunt a vulgari pilis cauli appreſſis fortioribus, quae vaga & mollia ſunt in vulgari Rhoeade.

H. Papaver erraticum nudicaule, flore flavo, odorato. H, *Elth* T. 224. *Argemone giallo* FONA *Bald.* p. 100. *Papaver alpinum* SEGUIER. T. I. T. 4. n. 4. Et *flore albo* varietas nobis eſt, & *flore pallido.* Perennat, foliis ut Rhoeados, ſed caule non ramoſo, unifloro. In M. *Baldo* In *Sibiria.* In *Wallia.*

H. Papaver perenne, foliis pinnatis, fructu globoſo. *Papaver orientale hirſutiſſimum, flore magno* TOURN. *it.* III. T. 127. COMM. *rar.* T. 34.

H. Ar-

*H.* Argemone mexicana MERIAN. ic. 24. *Papaver ſpinoſum* CLUS. XCIII.

H. Argemone flore albo, ſaepe tripetalo. Omnino tripetala fuit, cum tribus tubis. Caeterum minimum eſt, quo a Papavere Rhoeade Argemone differt.

*H.* Glaucium foliis tomentoſis, imis pinnatis, ſuperioribus ſerratis, amplexicaulibus. *Enum. Helv.* p. 304. *Papaver cornutum* MATTH. p. 1060. *Glaucium flore luteo* J. R. H. Septum in fructu evidens ejusque longitudo ſeparat Glaucium a Chelidonio. In Helvetia ad lacum *Neocomenſem* prope *Ebrodunum.* In Moravia inter Pragam & Viennam, Patavii, in Anglia, Palaeſtina, Minorca, Hetruria. Varietatem foliis tenuiter diviſis habet MICHELI *hort. flor.* p. 41.

*H.* Glaucium hirſutum, flore phoeniceo I. R. H. *Papaver corniculatum alterum* CLUS *hiſp.* p. 403. *Papaver corniculatum rubrum* DOD. *Purg.* p. 339. Circa Vindobonam. In Hungaria, Hiſpania, Monſpelii.

Chelidonium foliis ſubrotundis. *Chelidonium majus* I. R. H. BLAKW. T. 91. Ubique in muris, etiam Japoniae.

Chriſtophoriana DOD. *Purg.* p. 237. Paſſim in ſylvis & *Herperhuſae* ad ſepes, in pomario D. SEGNERI. Varietatem duobus foliis calycis viridiusculis, tribus cucullatis candidis habet MICHELI *hort. flor.* p. 128. Fi-

Filipendula ſexubus tota planta diviſis. *Barba caprae, floribus oblongis* I. R. H. Paſſim in ſylvis Germaniae & Hercyniae, cujus locus mihi excidit: in Helvetia frequens.

Filipendula foliis ex ovatis acutis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermiſtis. *Enum. Helv.* p. 306. *Ulmaria floribus compactis* I. R. H. In omnibus pratis.

Filipendula foliis longis anguſtis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermiſtis *Enum. Helv.* p. 307. *Filipendula vulgaris* ſive *Molon Plinii* C. B. Super *Wernigerode* in pratis. Circa *Jenam*, a *Cloſewitz* verſus *Coſpida* in ſylvis humidis.

Thalictrum caule folioſo, ſtriato panicula multiplici, terminatrice *Cliff. Enum. Helv.* p. 308. *Thalictrum majus, ſiliqua anguloſa vel ſtriata* I. R. H. *Thalictrum magnum* DOD. *Pempt.* p. 58. *Lauchae* in pratis udis, & in Alſatia, Helvetia, Anglia.

H. Thalictrum ſeminibus triangularibus, pendulis, ſtipulis ad ſubdiviſiones petiolorum *Cliff. Enum. Helv.* p. 309. *Thalictrum flore incarnato, & flore albo* AICHST. *Vern. Ord.* I. T. XI, f. 1. 2. In Helvetia, in Boruſſiae ericetis. Flore purpurascente praecocius, albo ſerius floret.

Thalictrum foliis latis, rotunde tridentatis, caule nudo laxiſſime paniculato *Enum. Helv.* p. 308. *Thalictrum minus* DOD. *Pempt.* p. 58. *Jenae* in M. *Fuchsberg* ſupra *Sulze* &c. An differt *Thalictrum alpinum minus*

*nus ſaxatile, rutae folio, ſtaminibus luteis* SEGUIER T. XI.

*H.* Thalictrum floribus pentapetalis, radice tuberoſa LINN. *Thalictrum minus, grumoſa radice, floribus majoribus,* BOERH.

*H.* Spiraea ſalicis folio I. R. H. In Sibiria.

Aquilegia foliis rotunde lobatis, flore ſimplici C. B. *Enum. Helv.* p. 310. *Iſopyron* COLUMN. *phytobaſ. init.* Varietates plurimae naſcuntur flore pleno, ex repetitis nectariis, & flore ſtellato ex repetitis ovatis petalis.

H. Paeonia foliis difformiter lobatis, flore pleno. *Paeonia flore pleno, incarnato* AICHST. *Vern. Ord.* VI. T. 7. f. 1. Veronae, in Minorca inſula, montibus Galliae auſtralis & *Vivarais*. In Gargano; M. *Vulture* MARANTA. Monſpelii. &c.

Fraxinella VALLET. T. 86. GARIDEL. T. 36. *Dictamnus albus* BLAKWELL T. 75. *Aufm Hue* ROYER, circa *Wendelsheim* & *Ebsbudisheim Alzeyenſis* dioeceſeos GEYER. *Jenae* in M. *Kunizberg.* In Hungaria POCOCK. In Podolia RZASCZYNSK, In M. *Apolline* Calabriae, in M. Coſta bella Veronenſium.

H. Fraxinella minor, flore albo. RIV. T. 133.

Aconi-

Aconitum caſſide longiſſima. *Aconitum* II. CAM. *Epit.* p. 827. *Aconitum lycoctonum luteum* C. B. *Häufig aufm Bocksbühl unter Lütjelüngen.* Circa *Jenam* &c.

H. Aconitum foliis multipartitis, laciniis linearibus incumbentibus LINN. *Hort. Upſal.* p. 152. An ſatis diverſa a priori? foliis equidem tenuius diviſis, ſed flore eodem.

H. Aconitum foliis lineatis, multifidis, caſſide brevi *Napellus* CAM. *Epit.* p. 836. PASS. ic. II. T. 55. In alpibus & montibus Helvetiae, & in *Virginia.*

β. Flore variegato ex albo & caeruleo *Napellus flore mixto* RIV. T. 131.

H. Aconitum radice bulboſa, foliis tenuiſſime diviſis *Cliff. Enum. Helv.* p. 313. *Anthora ſive Antithora* CAM. *Epit.* p. 837. In monte *Thoiry* prope Genevam.

Delphinium flore uniſiliquo, foliis tenuiſſime diviſis. *Enum. Helv.* p. 314. *Delphinium Segetum* I. R. H. *Delphinium* PASSAEI II. T. 66. *Conſolida regalis* CAM. *Epit.* p. 521. VALLET T. 73. BLAKWELL T. 26. In ſegetibus Germaniae, Syriae.

H. Delphinium ſativum RIV. T. 123. Rectius eſt & caule firmiori.

Varietates plurimae in colore & plenitudine in hortis aluntur.

H. Del-

*H.* Delphinium orientale, platani ſolio. *Staphiſagria* RIV. T. 125. BLAKWELL T. 265. CAM. *Epit.* p. 947. Petala interiora quatuor, caerulea, bis bina, longa & anguſta. Superiora duo calcaria totidem adnata habent, quae calcar externum replent, & bracteam ſurſum verſam ovalem, eorumque petiolus conjunctioni calcaris & bracteae inſeritur. Inferiora ſurſum cava, deorſum repanda, ſine cavo, principio ſemifiſtuloſo ſunt. Tres ſiliquae latae, hirſutulae. Calcar breve. In Libano M. AVICENNA. In *Minorca, Monspelii.*

*H.* Delphinium perenne, Aconiti folio ampliori, floribus caeruleis, longioribus pediculis inſidentibus, minus villoſum AMM. n. 174. *Aconitum Lycoctonum* I. CLUS. *Pannon.* p. 404. neque enim credo a Sibirico differre. Folia ſemiquinqueloba, acuta & acute ſecta, lobis dentatis. Spica pulcherrima. Flores ſature caerulei, calcare externo rugoſo. Calcar internum fit quatuor petalis, quod in vulgari ſit unico. Ejus duo petala ſuperiora, anterius conplicata, fiunt lamina fuliginoſa, oblonge quadrata, poſterius in calcar ſemicavum exeunte, quae duo ſimilia calcaria ſibi adaptata calcar exterius replent. Alia interiora duo petala petiolo ſunt lato, ſurſum cavo, & bractea ovato quadrangulari, emarginata, fuliginoſa, penicillo luteo viridium pilorum ornantur. Siliquae tres. In Boruſſia, Helvetia alpina, Sileſia, Sibiria.

*β* Varietas aut alia ſpecies, foliis trifidis, non quinquefidis.

Alia

γ Alia petalis internis pallide virentibus.

H. Delphinium ſiliquis ternis, foliis ſemiquinquelobis; lobis ſemitrilobis. Charactere cum priori convenit, & forte varietas eſt. Foliis glabris, tenuius diviſis, floribus caeleſtis coloris eiffert.

*H.* Delphinium foliis ſemiquinquelobis, lobis obtuſis. *Thora Italica* CLUS. *Pannon.* p. 414. *Lycoctonum caeruleum parvum* DOD. *Purg.* p. 326. Circa *Neuburg* Auſtriac. Character idem & ſiliquae ternae.

H. Delphinium perenne, foliis tenuiſſime diviſis, ſiliquis villoſis. *Delphinium elatius, ſubincanum, perenne, floribus amplis azureis* AMMAN. n. 175. *Delphinium* III. LINN. *hort. Upſ.* p. 150. Accedit *Lycoctonum flore Delphinii* DOD. *Purg.* p. 315. Eadem iterum fabrica, ſiliquae ternae, tomentoſae, qua nota facile adgnoſcitur. Barba petalorum internorum ſuperiorum flava, flos laete caeruleus, ſpica rarior & brevior.

Luteola herba Salicis folio. *Antirrhinum* TRAG. p. 362. *Auf der Pleſſe und um den Bovender Galgen.*

Reſeda foliis rariter pinnatis, undulatis. *Reſeda vulgaris lutea* LOB. ic. REG. In ſabuloſis circa *Jenam, Langenſalze, Stempeda* &c. Circa *Alepum* RAUWOLF. In Aegypto POCOCK. Calyx ſexfolius. Petala duo ſuprema duabus magnis & una parva lacinia inſtructa; inferiora quatuor minora inperfecta. Sub ſupremis petalis aliud ſemicirculare ſpecioſum. H. Re-

*H.* Reſeda foliis pinnatis, planis, floribus ſpecioſis. *Reſeda maxima, perperam Pignocomon Anguillarae* LOB. ic. p. 222. *Reſeda candida* LUGD. p. 1199. Calyx ſexfolius, petala ſex, omnia trifida, pene aequalia Petalum ſemicirculare ſupremis ſubjectum, exiguum. In Gallia calidiori.

H. Reſeda foliis integris, floribus odoratis, qua nota facillime dignoscitur. *Reſeda aegyptiaca odoratiſſima.* GRANGER. Calycis folia ſex, diſtantia. Petala duo ſuprema fimbriata, fere ut feminarum umbraculum. Sub iis petalum ſemicirculare, ſimplex. Petala lateralia duo, ungue viridi, laciniis albis paucioribus. Petala duo ima ſimplicia, alba. Folia noſtris omnia integra, aliis ſubinde trifida.

Parnaſſia. *Hepatica alba* CORD. *hiſt.* p. 153. Copioſe *im Paradieſe.*

Nigella flore foliis nudo, piſtillis corollam aequantibus *Cliff. Enum. Helv.* p. 316. *Nigella arvenſis cornuta* I. R. H. *Melanthium ſylveſtre alterum* CAM. *Epit.* p. 553. *Um Lütjelengen, Oppenheim.*

*H.* Nigella floribus involucro folioſo exceptis LINN. *Melanthium ſylveſtre* LOB. ic. 740. CAM. *Epit.* p. 552. *Melanthium Damascenum* DOD. *Purg.* p. 503. VALLET. T. 76.

Flore

β. Flore pleno MUNTING. *hiſt.* f. 215. AICHST. l. c. MORISON. l. c. Nectaria & ſtamina in petala abeunt.

*H.* Nigella capite & folio minore I. B. III. 1. p. 208. In Palaeſtina. Pinxit VALLET T. 76.

*H.* Nigella piſtillis decem corolla longioribus *Cliff. Nigella orientalis, flore flavo, ſemine alato plano.* T. Coroll. Flos nudus. Calycis folia, ſive petala potius ex analogia Parnaſſiae, ex rotundo lanceolata, lutea, lineata. Petala interiora, ſive nectaria, octo, patentia, rhomboidea extrorſum cava, ortu craſſulo, duabus lineis rufis picta, cavitate viridi, etiam emarginata. In origine cujusque nectarii bractea firma, introrſum cava, pene cordata, duabus lineis percurſa, quae ad foveam nectarii adplicatur. Siliquae octo vel novem.

*H.* Nigella ex *Aſtrachan* Tſchernuſchja dicta. Floruit Anno 1747. Aliquantum a vulgari minori diverſa fuit. Characterem in meis chartis non reperio.

*H.* Garidella GAR. ic. 39. *Melanthio peregrino overo di Candia* PON. Bald 46. *Nigellaſtrum raris & foeniculaceis foliis* MAGNOL. *hort.* 229. In Provincia, Creta.

Helleborus vaginis pallidis, vix ſerratis, flore virente. *Enum, Helv.* p. 317. *Helleboraſter* BLAKWELL T. 57. In *Alſatia, Hibernia, Helvetia, Virginia.*

Helle-

Helleborus vaginis foliaceis, digitatis, flore virente. *Enum. Helv.* p. 317. *Pſeudohelleborus niger* PASS. *hiemal.* T. 3. *Elleborum nigrum alterum* CAM. *Epit.* p. 941. In ſylva circa *Grubenhagen.* In *Carniola.*

H. Helleborus niger, flore roſeo. C. B. *Enum. Helv.* p. 318. *Veratrum nigrum primum* DOD. *Purg.* 189. *Ellеborum nigrum legitimum* CLUS. *Pann.* p. 576. In Auſtria circa *Linz.* In Italia, Veronae, in Carniola, Delphinatu.

Helleborus caule plerumque unifloro, petalis & ſiliquis plurimis. *Enum. Helv.* p. 218. *Ranunculus glomeratus* VALLET. T. 62. *Ranunculus flore globoſo* DOD. *Purg.* p. 287. *Ranunculus flore maximo* PASSAEI *Ver.* T. 29. Circa *Jenam* paſſim. Inter *Dedeleben* & *Pabstorp* ROYER. In Alſatia, Marchia, Arvernia, Sileſia, Wirtenbergia, Helvetia.

H. Helleborus foliis repetito multifidis, nectariis planis, *Iſopyrum* &c. LINN. *Upſal.* p. 157. *Helleborus folio fumariae* AMMAN. *ruthen.* f. 12. Ad fluvios *Sibiriae.* Petala quinque, tubuli octo bilabiati, utroque labio integro. Stamina duodecim vel tredecim. Siliquae octo, univalves, polyſpermae. Aeque ac Trollius ad Helleborum pertinet.

Populago I. R. H. *Caltha paluſtris* DOD. p. 598. In udis ubique.

β. flore pleno, Varietates habet MICH. *hort. flor.* p. 76.

## GYMNOPOLYSPERMAE.

H. Tulipifera arbor HERM. H. L. B. p. 613. CATESBY T. 48. cum flore. *Bresl. Saml.* 1724. *M. Jul.* Characterem emendavit BUTTNERUS noſter. Calyx triphyllos. Petala ſex. Stamina viginti quatuor. In ſinu ſquamae ſemen unum vel duo. Stigma parvum, globoſum. In Virginia.

Adonis annua octopetalos. *Enum. Helv.* p. 320. *Anemone flore pallido.* CAM. *Epit.* p. 648. *flore citrino & flore phoeniceo.* Paſſim in agris.

Hortenſis aut ſpecies, aut varietas, petalis rotundioribus, ſemper rubris, in regionibus calidis naſcitur, Veronae, Monspelii. Pinxit PASSAEUS *ver.* T. 18.

H. Adonis perennis dodecapetalos *Enum. Helv.* p. 319 *Buphthalmum* PASS. *Ver.* T. 18. *Helleborus niger verus* TRAG. p. 406. Circa *Halberſtatt*, & *Pragam.* In Languedocia.

Myoſurus. *Cauda muris* LOBEL. ic. 40. Ubique in agris M. *Hagen.* Calycis folia quinque gnomonica. Una pars in caudam acutam producitur, quae cum caule deſcendit. Altera elliptica, obtuſa, patula. Petala quinque valde caduca, gracili ungue, bractea lingulata, ad angulum rectum repanda, ut in caryophyllis, viridis: ſtamina uno ordine, ſeptem ad duodecim.

Tri-

Trinitas MATTH. *Trifolium hepaticum, flore caeruleo, ſimplici* C. B. *Hepatica nobilis* BLAKWELL T. 207. In omnibus ſylvis. Ovarium petiolatum.

*β.* Flore pleno albo, rubro, caeruleo VALLET. T. 91. PASSAEUS *Vern.* T. 1. *hyemal.* T. 6.

Ficaria BRUNFELS. *Chelidonium minus* AICHST. *Vern. Ord.* IX. T. 1. f. 2. BLAKWELL T. 51. Ubique in ſepibus. Calyce trifolio, & petalis octo ſeparari poteſt. Omnes enim Ranunculi pentapetali ſunt. Varietates habet CAR. AUG. A BERGEN *flor. francof.* MICH. *hort. flor.*

Ranunculus caule erecto, foliis ellipticis, ſeſſilibus. *Ranunculus lanceatus major* TAB. p. 48. In ſtagnis *Denckershauſen* & *Seeburg*, & prope *Walkenried.*

Ranunculus foliis ovato lanceolatis, petiolatis, caule declinato *Cliff. Enum. Helv.* p. 322. *Flammula ranunculus* DOD. *Purg.* p. 272. In udis ubique.

Ranunculus fructu oblongo, foliis inferioribus palmatis, ſuperioribus digitatis *Cliff. Enum. Helv.* p. 323. *Ranunculus paluſtris, apii folio, levis.* I. R. H. *Ranunculus* I. CAM. *Epit.* p. 380. *Smallage Crowfoot* PETIVER T. 38. Frequens in viis udis.

H. Ranunculus ramis unifloris, foliis trifidis, ſiliquis incurvis. *Perpuſillum melampyrum, luteum* LOB. ic. p. 37. non bene. *Ranunculus alopecuroides, ajugae foliis* BOCC.

*Sic.* p. 28. melius. *Ranunculus ceratophyllos, ſeminibus falcatis, in ſpicam adactis* MORIS. S. IV. T. 28. *Crataeogonum pumilum, luteum, abſinthii folio, hiſpanicum* BARR. ic. 375. Calycis foliola perſiſtentia, absque cauda, quae Myoſuro vero caudata ſunt, & caduca: Petala quinque elliptica, quae Myoſuro petiolata, ſubulata, eademque ſquamam erectam, acuminatam pro nectario habent, uti Ranunculus aconiti folio, albus. Semina a Myoſuro diverſiſſima, falcata, maxima. Solis ſtaminibus convenit, quae perinde, ut Myoſuros, pauca habet, a quinque ad decem. In regionibus calidis, Gallia inprimis.

Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis decompoſitis, linearibus *Enum. Helv.* p. 323. *Cliff. Ranunculus ſylveſtris* III. DOD. *Purg.* p. 289, *Gottingae* in agris.

H. Ranunculus creticus, echinatus, latifolius *P. Alp. Exot.* 262.

Ranunculus radice ſimplici, ſubgloboſa *Cliff. Enum. Helv.* p. 323. *Ranunculus radice verticilli forma rotunda* I. R. H. *Ranunculus tuberoſus* DOD. *Purg.* p. 431. Hujus adultior facies, quando radices in tuber collectae diffluerunt, & terrae ſe adplicuerunt, ut recte nobiscum oſtendit Cl. WILLICH *obſervat. bot.* p. 7. fit omnino *Ranunculus caule ex geniculis radicato, foliorum lobis petiolatis Enum. Helv.* p. 324 *Creeping Crowfoot* PETIVER T. 38. *Ranunculus hortenſis* I. DOD. *Purg.* p. 274. Varietates habet *Hortus* FLOR. p. 79. Huc etiam T. 31. BLAKWELL.

Flo-

β. Flore pleno.

Ranunculus caule erecto, multifloro; folio pentagono, lobis ſeſſilibus, ſerratis *Enum. Helv.* p. 324, *Ranunculus pratenſis, erectus, acris* I. R. H. *Ranunculus hortenſis* II. DOD. *Purg.* p. 275. Ubique.

β. Ranunculus magnus, valde hirſutus, flore luteo I. B. In ſylvis. Varietas prioris.

γ. Ranunculus caule erecto, multifloro, foliorum lobis ſeſſilibus, laciniatis. *Ranunculus polyanthemos ſimplex* VAILL. *Ranunculus* PASS. T. 74. *Ranunculus ſylveſtris* II. DOD. *Purg.* p. 279. In ſylvis. Varietas prioris, ut videtur, acutioribus lobis, & acutius crenatis.

Ranunculus foliis quinatis. lanceolatis, inciſo ſerratis *Cliff. Enum. Helv.* p. 325. *Ranunculus montanus aconiti folio, albus, flore minore* C. B. *Ranunculus quartus* CAM. *Epit.* p. 383 In ſummo M. *Bructero.* In ſylvis in quibus pagus *Schirke* diſperſus jacet.

β. Flore pleno PASSAEUS *Vern.* T. 39.

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus, crenatis, caulinis digitatis, ſeſſilibus *Enum Helv.* p 327. *Ranunculus nemoroſus vel ſylvaticus, folio rotundo* I. R. H. *Ranunculus dulcis ſive pratenſis* TRAG. p. 97. Frequens in ſylvis. Huc ranunculi figurae *d. e.* BLAKWELL T. 31. Varietatem reperio, calyce ad petala connato, ſive flore apetalo.

Ranunculus foliis inferioribus capillaceis, ſuperioribus peltatis LINN. *Enum. Helv.* p. 328. *Ranunculus aquaticus, foli-*

*folio rotundo & capillaceo* I. R. H. *Ranunculus aquatilis* DOD *Purg.* p. 387. *Water Crowfoot with various leaves* PETIVER *Hort. Brit.* T. 29. In ſtagnis inter *Walkenried* & *Ilefeld* magna copia, locis ſemiudis & ſemiſiccis, ex terra cum aqua miſtis. *Auf dem Pfingſtanger bey Harſte.*

Ranunculus foliis capillaceis, circumſcriptione vaga, brevioribus *Enum. Helv.* p. 328. *Foeniculum aquaticum tertium* TAB. p. 71. *Ranunculus aquaticus, capillaceus* I. R. H. *Im Raſemühlen Waſſer* & alibi abunde, in aquis parum velocibus.

Ranunculus foliis capillaceis, circumſcriptione circulari. *Ranunculoides folio circinato, tenuiſſime diviſo* VAILL. *mem.* 1719. In aquis penitus quietis & paluſtribus. *Beym Schützenhofe.*

Ranunculus foliis omnibus capillaceis, circumſcriptione oblonga ROY. *Enum. Helv.* p. 329. *Ranunculus aquaticus albus, fluitans, Peucedani folio* I. R. H. In aquis rapidioribus, in rivo *die alte Leine*. Hae ultimae quatuor ſpecies ranunculi ſibi proximae, forte ejusdem ſpeciei varietates ſunt. Conjungit cum LUDWIGIO Cl. BOEHMERUS *flor. Lipſ.* p. 181.

Ranunculus foliis linearibus, breviſſime bifurcatis *app.* RUPP. p. 104. *Ranunculus aquatilis, albus, Peucedani folio, ſerotinus, foliis binis latioribus, incurvatis, ſubrotundis in extremitate caulium hinc inde inſtructus* MAPP. *Alſat* p. 263. ic. In arenoſis ad *Salam Jenae.*

Ane-

Anemone ſemine levi, petalis quinis, ſubrotundis, luteis *Enum. Helv.* p. 329. *Ranunculus nemoroſus luteus* C. B. Ubique in ſylvis.

Anemone ſemine levi, petalis ſenis, ellipticis *Enum. Helv.* p. 330. *Ranunculus phragmites, vernus, albus.* I. R. H. In ſylvis.

Anemone ſeminibus ſeta plumoſa terminatis CLIFF. *Anemone ſylveſtris, alba, major* C. B. *Prope Lütjelengen*, ſed copioſiſſime in ſylva, quae ad ſiniſtram eſt villae *der Dreiſch*.

H. Anemone caule ramoſo, petalis lanceolatis ROY. *Anemone virginiana, tertiae* MATTH. *ſimilis, flore parvo* HERM. *Parad. T.* 18. Facies prioris: Flos multo minor. Semen ex *Penſylvania* accepimus.

Anemone tubis caudatis, imis foliis duplicato pinnatis, multifidis, ſuperioribus anguſtiſſimis *Enum. Helv.* p. 333. *Pulſatilla* CAMER. *Epit.* p. 392. *Anemone tenuifolia, violaceo flore* PASS. *Vern.* T. 13. *Pulſatilla folio craſſiori, & majori flore* C. B. Circa *Jenam* paſſim, in M. *Fuchsberg*, ſupra *Sulze*: in ſylvis ſupra *Nördlingen*. In Suecia, Hungaria, Helvetia.

Anemone tubis caudatis, foliis tenuiſſime diviſis, flore connivente nutante HELWING *flor.* p. 66. ic. 12. & *clauſo obſoleto flore* ic. 11. *Pulſatilla flore minori, nigricante* C. B. Circa *Lubecam* abunde, & in Boruſſia, & Marchia. A foliis, anulum in caule facientibus, nota generica ſumi non debuit in ea methodo, quae ſola fru-

ctificatione nititur. Et ea deſunt in Pulſatilla Anemones ſecundae folio CAR. AUG. a BERGEN *flor.* p. 156. & in Pulſatilla flore obſoleto, caule nudo HELWING ic. 4.

Anemone tubis caudatis, foliorum pinnis pinnatis, pinnulis remotis. *Enum. Helv.* p. 331. *Anemone ſylveſtris* II. CLUS. *Pannon.* p. 382. In M. *Bructeri* pene ſumma parte abunde. Habet ibi lectam jam FISCHERUS. In Montibus Arverniae, Sileſiae, Helvetiae.

Clematis foliis pinnatis, foliolis cordatis, inaequaliter inciſis, ſerratis *Cliff. Enum. Helv.* p. 334. *Clematis ſylveſtris, latifolia* C. B. *Clematis tertia* CAM. *Epit.* p. 697. In ſepibus abunde.

H. Clematis caerulea, erecta. *Clematis caerulea, Pannonica* CLUS. *Pann.* p. 293. In Hungaria, circa *Poſonium.*

H. Clematis ſive Flammula ſurrecta alba I. B. II. p. 127. *Flammula Matth.* CLUS. *Pann.* p. 297. *altera* DOD. *Purg* p. 244. Veronae; in Hungaria POCOCK, in Auſtria CLUSIUS.

Caryophyllata pinnis paucioribus, rhomboideis, tubarum fine uncinato *Enum. Helv.* p. 335. *Caryophyllata vulgaris* I. R. H. *Bey der Raſemühle* &c. ad ſepes.

H. Caryophyllata Canadenſis, foliis acutioribus, flore luteo, majori, IUSSIEU. Aegre diverſa a priori, etſi diviſio foliorum paulum acutior eſt. Neque credo eam varietatem

tem differre quam *Great flowerd Avens* Angli nominant ap. PETIVER *T.* 40.

Caryophyllata pinnis frequentioribus, extrema ſemitrifida, flore connivente nutante *Enum. Helv.* p. 336. *Caryophyllata alpina, nutante flore* CLUS. *Pannon.* p. 434. *Caryophyllata aquatica, flore nutante* I. R. H. *Auf dem Heymberge* ad rivum, qui ſub ſpecula defluit.

β. Flore pleno, & flore prolifero, in horto ludit.

H. Caryophyllata Virginiana, albo flore minore, radice inodora HERM. *Par. Bat.* p. 111. r.

Comarum. *Pentaphyllum paluſtre* CORD. *hiſt.* p. 95. In Suevia circa *Moeskirch*, & alibi in udis abunde.

H. Potentilla foliis pinnatis, pinnis peranguſtis, quinquefidis. *Pentaphylloides repens, foliis pinnatis* BUXBAUM T. 49. f. 1. In *Cappadociae* glareoſis. Ex *Sibiria*. Caules ramoſi & multifolii. Folia ſubtus incana, umbelliferarum foliis ſimilia, longe petiolata, pinnata, pinnarum paribus quatuor, quarum primae trifidae & quinquefidae ſunt, laciniis anguſtis, linearibus, integris. Calycis ſegmenta exteriora ovato lanceolata, interiora gracilia. Petala lutea, acutius inciſa.

Potentilla repens, ſcapo nudo unifloro, pinnis plurimis confertis, minoribus intermiſtis *Enum. Helv* p. 338. *Pentaphylloides argenteum, alatum ſeu Potentilla* I. R. H. *Po-*

*tentilla* CAMER. *Epit.* p. 758. *Anſerina* BLAKW. T. 6. Ubique ad vias.

H. Potentilla foliis pinnatis, hirſutis, pinnis tredecim ovatis, crenatis, decurrentibus. Ex *Sibiria.* Folia hirſuta, ampla, paria pinnarum ſex, extremo inpare, ſingulae vero primae ovatae, undique obtuſe circumſerratae ſunt. Petala lutea, acute inciſa. Stamina viginti & quinque.

H. Potentilla foliis pinnatis, pinnis ſeptenis, ſubrotundis, crenatis, albo flore. *Pentaphylloides erectum* I. B. II. p. 398. d. In montibus *Hundsrück*, in *Marchia*, & *Schweinfurti.* Segmenta calycis exteriora bidentata & tridentata, minora, ovato lanceloata.

H. Potentilla fruticoſa, foliis ternatis, medio trifido. *Pentaphylloides fruticoſum RAI Cat. plant. Angl. p.* 228. *Pentaphyllum rectum frutescens* WALTHER T. 17. Folia proprie ternata, ſed medium folium iterum trifidum, cujus duo laterales lobi confluunt. Frutex duriusculus, multiflorus. Petala ſubrotunda, lutea. Ovarium pappo plenum, ſtamina plura. In *Hibernia, Anglia ſeptentrionali, Suecia, Sibiria.*

H. Potentilla foliis novenis palmatis, in apice ſerratis. Ex *Sibiria.* Caules erecti, ramoſi. Folia glabra ſeptena, novena, in ſolo apice tribus quatuorve dentibus inciſa. Vaginae ampliſſimae, digitatae. Flos conſpicuus. Petala cordata, flava, absque macula.

H. Po-

H. Potentilla foliis digitato inciſis, caule recto *Cliff.* Icon. AICHST. *aeſt. ord.* X. T. 9. f. 2. *Quinquefolium montanum, erectum, hirſutum, luteum* GARIDEL T. 83. In M. *Kickerlikik*, prope *Lipſiam.*

Potentilla foliis quinatis, palmatis, ſerratis, ſericeis. *Pentaphyllum* TRAGI. Circa *Jenam* in ſylva prope *Coſpida*, & in *Marchia Brandenburgenſi* abunde. A Quinquefolio albo alpino nunc iterum ſeparo, quod flores ex radice proferat, & caule ſit humillimo, non ramoſo, neque umbellifero, ut illud, quod in monteſis Helvetiae, in M *Leitern* & *Agauni* provenit.

Potentilla foliis quinatis, longe petiolatis, caule repente. *Enum. Helv.* p. 340. *Quinquefolium majus repens* C. B. *Pentaphyllum majus repens* DOD. p. 214. Frequens in muris & ad vias.

Potentilla foliis quinatis, obtuſe in apice ſerratis, petalis cordatis *Enum. Helv.* p. 340. *Quinquefolium minus, repens luteum* I. R. H. *Pentaphyllon ſive Quinquefolium minus* TAB. p. 123. Locis ſiccis primo vere frequens.

Potentilla foliis quinatis, anguſtiſſimis, ſubtus tomentoſis, caule erecto *Enum. Helv.* p. 341. *Quinquefolium folio argenteo* C. B. *Quinquefolium petraeum majus* TAB. p. 122. In muris & locis ſiccis.

Potentilla foliis quinatis, flore tetrapetalo, caule recto *Enum. Helv.* p. 341. *Tormentilla officinalis* & CAM. *Epit.* p. 685. Abunde in ſylvis, inprimis udis, totius ſeptentrionis.

H. Po-

H. Potentilla foliis ternatis, hirſutis, caule erecto, umbellifero. *Pentaphylloides fragariae folio crenis obtuſioribus* RANDII. Caulis erectus, cum foliis hirſutus, pedalis, in apice umbellatos congeſtos flores profert. Folia ovalia, medium majus, omnia obtuſe ſerrata. Flores parvi, fere inter folia latentes.

H. Potentilla procumbens, foliis ternatis, hirſutis. *Potentilla foliis ternatis, caule diffuſo* LINN. Caulis procumbens Folia profunde & acute in apice ſerrata, utrinque hirſuta, ſed inferius maxime. Petala lutea absque macula, emarginata.

H. Potentilla foliis ternatis, ampliter crenatis, ſubtus tomentoſis. *Fragaria ſterilis procumbens, foliis Betonicae inſtar ſerratis* AMMAN *plant. ruth.* T. XIV. Folia oblonga, ovata, ſubtus albo tomento obſita, crenis numeroſis, grandibusque. Rami florigeri nudi. Petala quinque cordata; macula flava notata. Placenta absque pilis.

Fragaria BLAKW. T. 77. *Fragaria flagellis reptan-Cliff. Enum. Helv.* p. 343. *Fragaria & Fraga* LOB. ic. p. 697. Varietates pingit LANGLEY *pomon* T. 55. ſylveſtrem, ſcarlatinam & *Hautboy* Strawberry. In toto orbe antiquo ad Chinam usque naſcitur.

$\beta$. Varietas, an ſpecies diverſa Fragariae. Jenae frequens & in Saxoniae montibus, & in Boruſſia, cum nomine *Breſtlinge*, frequentibus in placenta pilis & pediculis lanuginoſis.

Rubus

Rubus caule aculeato, foliis ternatis *Cliff. Enum. Helv.* p. 344. *Rubus repens, fructu caeſio* C. B. *Rubus minor* DOD. p. 742. In agris v. g. circa *Gräzelii* fabricas.

Rubus foliis ternatis & quinatis, ſubtus tomentoſis, fructu rubro, villoſo *Enum. Helv.* p. 344. PASS. T. 8. *Fructus idaeus ſpinoſus* I. R. H. In ſylvis circa *Pleſſe, Gleichen* &c. Varietates habet LANGLEY *Pomm.* T 56. f. 5. fructu rubro, albo, purpureo. Iconem florentem dat Plate 26.

Rubus foliis ternatis & quinatis, coſta ſpinoſa, fructu nigro & levi *Enum. Helv.* p. 345. *Rubus vulgaris, fructu nigro* I. R. H. *Rubus* CAM. *Epit.* p. 751. BLAKWELL T. 45. In Germania ubique, & ipſa Japonia.

β. Varietas flore pleno TILLI T. 47.

## POMIFERAE UMBILICATAE.

Has & vicinas alias pomiferas Icoſandrias vocat LINNAEUS. Staminum autem numerus inconſtans eſt, inter XVI. & XL. pro ſpecierum varietate.

Roſa fructu levi, calycis foliolis diviſis *Enum. Helv.* p. 349. *Roſa canina, ſylveſtris* BLAKW. T. 8. *Roſa ſylveſtris, flore incarnato* AICHST. *Vern. Ord.* VI. T. 6. f. 1. Ubique ad ſepes.

β. Varietas flore albo du PASS. T. 115.

Roſa

Roſa foliis ſubtus rubiginoſis, odoratis *Enum. Helv.* p. 350. *Roſa ſylveſtris, foliis odoratis* DOD. *Pempt.* p. 187. Paſſim in ſterilibus.

*β.* Eadem flore pleno de BRY II. T. 126.

& *γ.* flore flavo. *Roſa lutea* LOB. II. 209. *Catal of Trees* T. 18.

H. Viscago calyce duplo petalis longiore, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 374. *Lychnis ſylve-*

*ſtris* II. CLUS. *hiſp.* p. 337. In *Hiſpania*, *Valeſia*; *Monspelii*.

β Varietas flore pallido.

Viscago fructu quinqueloculari. *Viscaria* RIVINI. *Lychnis ſylveſtris, flore incarnato* AICHST. *Vern. Ord. frut.* T. 5. f. 2. *Lychnis ſylveſtris* I. CLUS. *Pann.* p. 339. Abunde circa *Noribergam*, & in pratis inter *Elbingerode* & *Blankenburg*.

β Eadem flore pleno.

H. Viscago hirta ſicula, Lychnidis Creticae facie, ſupina DILL. *hort. Elth.* p. 402. Calyx tubuloſus, decem lineis undulatis, virentibus percurſus, ovario longior. Petala cordiformia, ſegmentis parallelogrammis, roſeis, & auriculae bifidae, albicantes: fructus conicus nitens, ſexvalvis. Semina ovato reniformia, exaſperata.

H. Viscago Luſitanica, flore rubro, vix conſpicuo DILL. *hort. Elth.* f. 405. *Lychnis ſylveſtris, flosculo rubro, vix conſpicuo.* GRISLEY *Viridar.* Calyx viridis, glaber, tumidus, ſegmentis conniventibus, convexis, ovario longior. Petala minima, rubella, bifida, ſtamina bifida, ſemina magna reniformia, aſperula.

H. Viscago maritima, plerumque non viſcosa, atrovirens, Bellidis folio DILL. r.

H. Lychnis noctiflora C.B. *Ocymoides noctiflorum* CAMER. *hort. ic.* 34. Calyx virentibus lineis percurſus, ſulcatus, ovario longior, ampliorque, modice quinquedentatus. Petalorum ungues longi, aures ſerratae, bractea gracilis, ſerra-

ſerrata, non inciſa, extus flava; intus purpuraſcens. Ovarium ex rotundo conicum; tribus ſulcis diviſum, roſtratum. Fructus tribus ſeptorum initiis diviſus. Semina conpreſſa, reniformia, aſpera, maculata.

H. Viscago calycibus inflatis, triginta lineis percurſis. *Lychnis ſylveſtris, latifolia, calyculis turgidis, ſtriatis.* C. B. *Lychnis ſylveſtris* III. CLUS. *hiſp.* p. 339. *Monſpelii, Baſileae.* Calyx triginta & ultra lineis ſtriatus, connivens. Petala rubella, non bifida, mucronata, ſerrata. Auriculae profunde ſerratae roſulam faciunt. Ad latus auriculae appendix ex ungue educitur. Fructus ventricoſus, ſuperne contractus, ſexvalvis, cartilagineus.

H. Lychnis Graeca, Sedi arboreſcentis folio & facie, flore albo. T. *Cor.* WALTHER *hort.* Calyx ovario longior, decem lineis percurſus, breviter quinquedentatus. Petala bifida, intus alba; extus virentibus & rufis lineis picta, absque auriculis. Ovarium ex ovato contractum; triloculare, tubis tribus. Semina obeſa; reniformia; minute exaſperata.

H. Lychnis Ocymaſtri facie, flore viridi *Par. Bat. ic.* p. 199.

H. Viscago, quae Lychnis fruteſcens, Myrtifolia; Been albo ſimilis I. R. H. *Ocymaſtrum fruticoſum* CAM. *hort. ic.* XXXI. Calyx ovario longior; ſulcatus. Petala ungue longo, auriculis binis, acutis, fine bifido, ſegmentis ovatis; divergentibus, roſeo colore. Fructus trilocularis, cartilagineus, inferne ventricoſus, ſuperne contractus. In *Graecia & Creta.*

 H. Lych-

Lychnis foliis imis petiolatis, ovatis, petalis bifidis, ſe convolventibus *Enum. helv.* p. 374. *Lychnis viscoſa, foliis Otitidis.* LOESEL. p. 150. *ic.* 40. *Monſpelii.* In ſaxoſis circa *Gottingam* vulgo.

F. Lychnis ſeptentrionalis, floribus uno verſo diſpoſitis, albis. Miſſa eſt a Cl. GERBERO. Habitus Hyſſopi; caulis cubitalis & bicubitalis, ab imo ad ſummum ramoſus; folia breviſſime ſcabra, lingulata, acuta; flores in raram ſpicam ordinati; calyce tubuloſo, ovario longiori. Petala ex albo viridia, bicornia, ungue lato. Fructus cylindricus; tubae tres.

H. Viscago foliis imis petiolatis, ovatis, floribus paniculatis, petalis emarginatis *Enum. hort. Gotting.* I. cum ic. Ex ſemine Ruſſico enata floruit a 1742. a ſolſtitio aeſtivo, in ultimam brumam usque, indeque multis poſtea annis. Folia ad terram numeroſa, tota ſcabra hirſutie ſubaſpera, duriuscula, petiolata, ex petiolo in ovalem, ſed acuminatam latitudinem paulatim aucta. Color pallide viridis eſt. Quae vero ad caulem, paulatim, ut fieri ſolet, anguſtiora, magis graminea, longe acuminata, & denique non niſi ligulae ſunt, quarum origo latior inſtar vaginae albicat. Caulis erectus, vix ramoſus, tripedalis; ad foliorum ortum intumeſcit, in ſummis vero partibus totus viſcidus eſt, & longe foliis nudus. Ima pars lanugine pubeſcit, ſuperne levis eſt. Florum panicula ſpicata, petiolis conjugatis, ramoſis, ſecundis ramulis unifloris. In tota panicula nullum folium,

lium, niſi albae aliquae, & breves, in origine foliorum glumiformes vaginae.

Flores exigui, pro ratione plantae, quales icon exhibet. Calyx glaber, albus, lineis pictus virentibus, ſurſum eundo latescit, & quinque denticulis breviter inciſus petala continet.

Petala quinque, expanſa, gracilia, emarginata, absque auriculis, tota alba.

Stamina de more, quorum quinque, ut ſaepe fit, corollam in expanſione floris efficiunt.

Ovarium in juniori cylindricum, per aetatem piriforme. Tubae tres. Intus in tribus loculis ſemina per maturitatem reniformia, ſed conplanata in cuneorum morem, ſuperficie vermiculata.

An fuerit *Lychnis viſcoſa, foliis in longo petiolo anguſtis & minoribus, ad radicem copioſis, flore muſcoſo albo* MESSERSCHMIDI apud AMMANUM *pl. ruthen* p. 94. n. 124. Non repugnat.

Viscago foliis imis petiolatis, floribus verticillatim ſpicatis, petalis indiviſis, ſexu diſtincta. *Enum. Helv.* p. 375. *Lychnis ſylveſtris, flore muſcoso* C. B. *Otites Lychnidis ſylveſtris genus* TABERN. p. 830. *Unterm Regenſtein.* In *Marchia* abunde, & in *Helvetia, Gallia.*

H. Viscago foliis imis petiolatis, floribus verticillatim ſpicatis, petalis indiviſis, androgyna. A priori

priori differt altitudine, qua ſuperat, ſexubus conjunctis.

H. Lychnis ſylveſtris, alba, floribus reflexis BOT. MONSP. p. 171. Calyx lineatus, viridibus venulis pictus, glaber, ovario longior. Petala noctu expanſa, ſordida, alba, auriculis binis, acute tripartita. Fructus cylindricus ſex valvis. Semina ſunt cunei ſphaerici, reniformes glauci.

H. Lychnis noctiflora, anguſtifolia, odorata. *Lychnis viſcoſa, peregrina, noctiflora, odorata* ZANONI T. 109. *Veronae.* Calyx cylindricus, anguſtus ſubovario, ubi hoc amplectitur latus. Petala ungue latescente, breviſſima, inciſa, auricula bractea cordiformi, ochroleuca. Fructus conici, cartilaginei. r.

H. Viscago Luſitanica, hirſuta, ſtellato flore DILL. *hort. Elth.* f. 401. Calyx decem lineis viridibus percurſus, ſtriatus, quinquedentatus. Petala quinque, ex albo & roſeis lineis varia, auriculis duabus acutis, fine bifido & trifido, ſerrato. Fructus trilocularis.

H. Lychnis hirta minor, flore variegato MARCHANT p. 291. *Lychnis ſylveſtris, lanuginoſa, minor* MOR. S. 5. T. 21.

H. Viscago foliis inferioribus Bellidis, ſuperioribu Tunicae DILL. *hort. Elth.* f. 405. Non diſtinguo, qua *turgido* & quae *gracili calyce* eſt.

H. Lych-

H. Lychnis foliis ovatis, tomentoſis, petalis emarginatis *Enum. Helv.* p. 376. *Lychnis coronaria, flore rubro* PASS. T. 16.

β Flore albo PASS. *aeſt.* T. 16. umbilico roſeo. In *Helvetia transalpina.*

H. Lychnis floribus umbellatis, petalis breviter quadrifidis. *Lychnis hirſuta, flore coccineo, major* C. B. *Flos Conſtantinopolitanus* DOD. *Coron.* p. 75.

β Flore coccineo, pleno.

γ Flore pallente, & flore incarnato AICHST. l. c.

Lychnis petalis quadrifidis, longiſſimis *Enum. Helv.* p. 378. *Lychnis pratenſis, flore laciniato, ſimplici* I. R. H. *Armerius ſylveſtris* DOD. *Coron.* p. 74. In pratis udis.

β Flore albo. *Um Hardegſen.*

Lychnis calycis laciniis petalorum longitudinem ſuperantibus *Enum. Helv.* p. 376. *Lychnis ſegetum, major* C. B. *Nigellaſtrum* DOD. *Coron.* p. 49. In omnibus agris.

Lychnis ſexu diſtincta, foliis ovatis, acutis *Enum. Helv.* p. 377. *Lychnis ſylveſtris* PASS. II. T. 43. *Ocymoides purpureo flore* CAMER. *Epit.* p. 739. *Ocymaſtrum rubrum* TAB. p. 299.

β. Flore pleno. *Ocymoides flore pleno* CAMER. *Epit.* p. 740.

γ. Lychnis ſylveſtris, alba, ſimplex I. R. H. *Ocymaſtrum ſive Ocymoides* TABERN. p. 299. Circa pagum *Rosdorf* ad ſepes & circa *Cellam* abunde. Perinde ut prior (a qua non differt) utique ſexu diſtincta eſt. Ejus varietas eſt *ſylveſtris multiplex* PASS. *aeſt.* T. 17.

Saponaria foliis trinerviis, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 378. *Lychnis ſylveſtris, quae Saponaria vulgo* I. R. H. *Saponaria* DOD. *Coron.* p. 78. PASS. II. T. 89. In vallis urbis.

β. Flore pleno.

Saponaria caule brachiato, calyce pentagono, turgido *Enum. Helv.* p. 379. *Lychnis ſegetum, folio Perfoliatae* I. R. H. *Thamaecnemon* CORD. *hiſt.* p. 104. In ſegetibus vulgaris.

H. Spergula multiflora, foliis inferioribus Saponariae, ſuperioribus Been ſimilibus. DILL. *hort. Elth.* T. 276.

Saponaria foliis glaucis, pulpoſis, petalis ovatis *apud.* RUPP. III. p. 117. *cum icone. Symphytum petraeum* THAL. p. 115. In gypſeis & ſpatheis rupibus montis *Altenſtolberg die Bärenköpfe.* In *Marchia* abunde. In ſaxoſis circa *Uzenhofen Hofm.* Radix multiplex, lignoſa, maxima. Folia glauca, pulpoſa, linearia. Rami terminati umbellis florigeris. Calyx ſemiquinquefidus, lanceolatis ſegmentis, fuſcus. Petala ovata, roſea. Valvae fructus quatuor: Semina nigra, lenticulata.

Sapo

Saponaria caule brachiato, capillaceis foliis, calyce campanulato, floribus ſparſis lanceolatis *Enum. Helv.* p. 380. *Lychnis annua, minima, flore carneo, lineis purpureis diſtincto* I. R. H. *Lychnis parva, paluſtris, foliis acutis, lanceolatis, floſculis purpureis* MENZEL. *Pugill.* T. 7.

H. Saponaria caule dichotomo, foliis lanceolatis, petiolatis, floribus ſolitariis, pedunculatis ROY. *Lychnis annua, orientalis, ſupina, Antirrhini folio, flore minimo, purpuraſcente* DILL. *hort. Elth.* T. 166. f. 204.

H. Tunica quae Caryophyllus barbatus, hortenſis, latifolius C. B. *Flos Armerius* AICHST. *Aeſt. Ord.* IX. T. 4. *Armerius flos primus.* DOD. *Coron.* p. 71.

Tunica ſquamis ad baſin calycis longe mucronatis, flori aequalibus *Enum. Helv.* p. 381. *Caryophyllus barbatus.* SEGVIER T. VII. f. 3. *Caryophyllus barbatus, ſylveſtris* C. B. *Armeria ſylveſtris, altera* LOBEL. *ic.* p. 448. *Am Bovender Galgen.* In *M. Heymberg.*

H. Caryophyllus Sinenſis, ſupinus, Leucoji folio, flore vario.

Tunica calyce univerſali ariſtato, floribus breviori *Enum. Helv.* p. 382. *Caryophyllus ſylveſtris, vulgaris* I. R. H. *Caryophyllus arvenſis, calyculo florum numeroſo* LOESEL. *ic.* 7. In *Thuringia* ad vias.

Caryophyllus ſimplex, ſupinus, latifolius C. B. *Caryophyllus minor, pulchellus, ſupinus, maculis aureis, argenteisve adſper-*

*adſperſus* LOB. *ic.* 499. *Beym Eichenkruge, zu Rheinhauſen,* & alibi in arenoſis: *Francofurti.* Calycis exteriores ſquamae mucrone oblongo. Petala amoene purpurea, nigro circulo inſcripta, ultra eum albis maculis punctata. In horto erigitur, & magis concolor redditur, & viridior.

H. Tunica ramoſior; flore candido, cum corolla purpurea. DILL. *hort. Elth.* T. 298. Calycis folia exteriora mucronata. Petala lactea, corolla ſerrrata, kermeſina picta, ungue viridi. r.

H. Caryophyllus rupeſtris, floribus profunde fimbriatis, lacteis, foliis tenuiſſimis GMEL. Folia pungentia. Rami uniflori. Calyx exterior muticus. Petala lactea, profundius quam in vulgari laciniata.

Tunica petalis profundiſſime laciniatis *Enum. Helv.* p. 382. *Caryophyllus ſylveſtris* VI. CLUS. *Pann.* p. 323. In *Anhaltina ditione* circa *Hartzgerode.* Circa *Bernam* paſſim, & in *Helvetia* ad vias ſiccas. In *H.Leitersberg, Uzberg* ROYER: in *Suntgavia, Alſatia.* Varietates habet CAUSE p. 367.

Tunica calyce univerſali peculiaribus majori, cartilagineo, mutico *Enum. Helv.* p. 381. *Caryophyllus ſylveſtris, prolifer* SEG. T. VII. f. 1. *Am Bovender Galgen.*

H. Caryophylli hortenſes BLAKWELL. T. 85.

Myoſotis foliis oblongis, obtuſis, petalis calyce majoribus *Enum. Helv.* p. 384. *Myoſotis arvenſis, hirſuta, flore*

*major*

*majori* I. R. H. *Holoſtium Caryphyllaeum* TAB. p. 233. bene. Ad vias ubique.

Myoſotis foliis ovatis, acuminatis, flore calyce aequali *Enum. Helv.* p. 384. *Myoſotis arvenſis, hirſuta, parvo flore, albo.* I. R. H. VAILL. T. 30. f. 1.

β. Varietas apetala in horto nata eſt.

Myoſotis exigua, pentaſtemon *Enum. Helv.* p. 384. *Myoſotis arvenſis, hirſuta, minor* VAILL. T. 30. f. 2. *Am fahrwege von der Maſchmühle auf den Berg.* Stamina tantum quinque, tubae tres.

H. Myoſotis Hiſpanica, ſegetum I. R. H. *Alſine corniculata* CLUS. *hiſp.* p. 415. LOB. *ic.* p. 460. Circa *Salmanticam.*

Myoſotis viscoſa, foliis ovatis *Enum. Helv.* p. 385. *Myoſotis hirſuta, altera, viscoſa* I. R. H. VAILL. T. 30. f. 3.

H. Myoſotis orientalis, perfoliata, Lychnidis folio DILL. *hort. Elth.* T. 217.

Alſine foliis gramineis, aſperis, petalis ſemibifidis *Enum. Helv.* p. 386. *Alſine pratenſis, gramineo folio, ampliore* I. R. H. *Gramen alterum* CAM. *Epit.* p. 743. In ſylvis & dumetis.

Alſine foliis gramineis, petalis bipartitis *Enum. Helv.* p. 385. *Gramen floridum, minus* TAB. p. 232. Frequens in agris & in paluſtribus inter Juncos.

Alſi

Alſine foliis cordatis, petalis bipartitis *Enum. Helv.* p. 386. *Aſine major* DOD. p. 29. Stamina decem, tubae quinque. In foſſis circa *Gottingam.*

Alſine pentaſtemon, petalis bipartitis *Enum. Helv.* p. 386. *Alſine media* I. R. H. *Alſine* BLAKWELL. T. 145. Stamina tria, quatuor, neque unquam ſupra quinque, tubae tres, Ubique in hortis.

Alſine foliis ovato lanceolatis, petalis bipartitis *Enum. Helv.* p. 385. *Alſine longifolia, uliginoſis locis proveniens.* I. B. III. p. 365. In ſylvis ſuper *Burgel*: Super *Hardegſen* & in palude inter *Harſte & Barenſen.*

Alſine foliis lanceolatis, trinerviis, petalis integris *Enum, Helv.* p. 390. *Alſine Plantaginis folio* I. B. III. p. 363. In ſylvis paſſim ſuper *Hardegſen* & alibi.

Alſine foliis lanceolatis, petalis integris, calycis magnitudine *Enum. Helv.* p. 389. *Alſine minor, multicaulis* I. R. H, Vidi petalis etiam bifidis fuiſſe.

Alſine foliis peranguſtis, ad baſin latescentibus *Enum. Helv.* p. 389. *Alſine tenuifolia* I. B. SEGUIER. T. VI. f. 2. VAILL. T. 31. f. 1. *Aufm Heymberge.*

Alſine foliis fasciculatis, petiolis ſimplicibus, petalis integris *Enum. Helv.* p. 388. *Polygonum foliis gramineis, alterum* LOESEL. p. 204. *ic.* 64. In pratis udis circa *Cellam*, circa *Seeburg.*

Alſine ſaxatilis, multiflora, capillaceo folio VAILL. T. 2. f. 3. Maxima copia prope *Herzberg* & in ſylva *Hercynia* ad vias.

Alſine

Alſine foliis verticillatis, petiolis ramoſis, petalis integris *Enum. Helv.* p. 387. *Spergula* DOD. *Cereal.* p. 139.

Alſine pentaſtemon, petalis ſerratis, umbellifera *Enum. Helv.* p 387. *Holoſteum* DILL. *Nov. gen.* p. 130. *Holoſteum caryophyllaeum, arvenſe* TAB. p. 233. In vallo urbis.

Alſine pentaſtemon, vaginis ad foliorum ortum ſqualentibus *Enum Helv.* p. 387. *Spergula purpurea* I. B. III. p. 722. *Polygonum foliis gramineis, alterum* LOESEL. *ic.* 64. In agris paſſim *aufm Hagen.*

*β*. Eadem pulpoſior & altior, locis ſalſis. *Spergula marina* LUGD. p. 1385.

Alſine tetrapetala, foliis anguſtis, in origine latescentibus *Enum. Helv.* p. 390. *Alſine puſilla, graminea, flore tetrapetalo* SEGUIER. T. 5. f. 3. LIND. *hort. Alſat.* T. 8. *Hyſſopus Salomonis* MONTALBANI *hort.* p. 47. *Saxifragia Anglica, annua, Alſine folio* PLOT *oxfordſhire* T.IX. f. 9. p. 149. *Alſine minima, flore fugaci* I. R. H. Ubique in agris & in *area Academica.*

Corrigiola LINN. *Enum. Helv.* p. 391. *Polygonifolia* DILL. E. N. C. *app. ad Cent.* VI. T. 9. f. 20. *Nov. Gen.* p. 95. T. III. Copioſiſſime circa *Cellam,* ad vias arenoſas.

Elati-

Elatine foliis oppoſitis LINN. *Alſinaſtrum Serpyllifolium, flore albo, tetrapetalo* VAILL. T. 2. f. 2. Paulum ultra *Engeſen* verſus *Cellam.*

Salicaria floribus ſpicatis, foliis conjugatis *Enum. Helv* p. 405. *Salicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis* I. R. H. *Lyſimachia altera* CAMER. *Epit.* p. 687. In aquoſis.

Salicaria foliis alternis *Enum. Helv.* p. 406. *Hyſſopifolia* C. B. & in RUPP. T. II. *Ueberall wo es brach iſt, gerade von Graetzels Mühle nach dem Berge hin.* Etiam ad ripam *Sulzae* prope *Langenſalze* Cl. HEINZE. Calyx longus, tubuloſus, eundo latior, quinque vel ſex gracilibus reflexis ſegmentis, & totidem triangularibus & rectis dentibus terminatur. Petala ex calycis ſumma ora orta, ovato lanceolata, ſex aut quinque, roſea; Stamina totidem, qua ſola nota a Salicaria differt, tubo floris breviora. Fructus longus, conpreſſus, petiolatus, ut in multis Lychnidibus. Tuba ſimplex, globulo terminata. Fructus maturior ex cylindrico conpreſſus. In utroque loculo ſemina multa. Ambigit inter Salicariam & Peplin, & utrumque forte genus conjungit.

Peplis foliis conjugatis *Enum. Helv.* p. 406. *Glaux paluſtris, flore ſtriato, clauſo, foliis Portulacae* VAILL. T. 15. f. 3. *Glaux aquatica, folio ſubrotundo* LOESEL. p. 156. c. 20. *Glaucoides paluſtre, Portulacae folio, purpureo flore* MICHEL. *nov. gen.* p. 21. T. 18. Ubique in udis circa *Cel-*

*Cellam. Gottingae* in paludibus montis *Hagen.* In *Suntgavia* I. B. Nobis ſemper apetala viſa eſt.

Agrimonia foliis pinnatis, fructibus hispidis *Enum. Helv.* p. 407. *Cliff.* *Eupatorium* MATTH. p. 1014. Ad vias ſiccas.

H. Agrimonia odorata CAM. *hort.* Odore & ſiccitate a priori differt. In *Santonibus.* r.

H. Melia foliis decempartitis. *Azedarach* DOD. p. 848. POCOCK. T. II. p. 83. Calyx fit quinque vel ſex foliis, ovato lanceolatis, obtuſis. Petala quinque vel ſex ejusdem figurae, ſuaverubentia. Tubus ſtaminum violaceus, decem vel duodecim intus inſculptus antheris, ad tubam convergentibus. Super eas filamenta numeroſa. Tuba columnaris maxima, obtuſe trifida. Fructus quinquelocularis. In *Palaeſtina.*

Epilobium ſpicatum, flore difformi, foliorum nervo eminente, ora leviter ſerrata *Enum. Helv.* p. 408. *Chamaenerium vulgare, latifolium* C. B. *Chamaenerium Gesneri* de BRY T. 42. VALLET. T. 70. In ſylvis ubique.

Epilobium foliis ovato lanceolatis, ſerratis, leviſſime hirſutis *Enum. Helv.* p. 409. *Chamaenerium glabrum, majus.* I. R. H. *Pſeudolyſimachium purpureum, primum* DOD. p. 85. In umbroſis ubique.

L Epilo-

Epilobium foliis ellipticis, obtuſe lanceolatis, totum leve *Enum. Helv.* p. 408. *Chamaenerium glabrum, anguſtifolium* DILL. *Cat. Gieſſ.* In palude inter *Barenſen* & *Gladebeck*, & circa *Walkenried*. Diverſa omnino planta a ſequente, glabra, foliis vix dentatis, longis & anguſtioribus, albis, cum lineis ſubrubellis; calycis initium, quod in ſequente linea circulari a progreſſu folii diſtinguitur, hic nihil ſimile habet.

Epilobium foliis longis, dentatis, villoſis, flore minore, *Enum. Helv.* p 410. *Chamaenerium villoſum, majus, parvo flore* I. R. H. In foſſis.

Epilobium foliis longis, dentatis, villoſis, flore majore *Enum. Helv.* p. 410. *Chamaenerium villoſum, flore magno, purpureo* I. R. H. *An der Leine*, paſſim & ad rivos.

H. Onagra foliis ovato lanceolatis, planis *Enum. Helv.* p. 410. *Onagra latifolia* I. R. H. *Lyſimachia Americana* COLUMN. ad RECCHUM p. 882. In *Boruſſia, Helvetia, Virginia.*

Onagra anguſtifolia, caule rubro, flore minori. Varietas prioris, ut videtur, aut proxima ſpecies.

H. Onagra foliis glabris, flore ſuave purpureo *Comment. Soc. Reg.* 1751. p. 224. Ex *Virginia.*

H. Onagra Bonarienſis, villoſa, flore mutabili DILL. *hort. Elth.* T. 219.

H. Ruta hortenſis, latifolia I. R. H. *Ruta* CAMER. *Epit.* p. 49+. *Ruta muraria* PASS. *ic. alt.* T. 88. In *Palaeſtina* IOSEPHUS. Hypopi-

H. Hypopitys ſpica nutante *Enum. Helv.* p. 411. *Orobancheides noſtras, flore oblongo, flaveſcente T. Memoir. de l' Acad.* 1706. p. 104. *Im Heynholze am Herperhäuſer Wege.*

Moſchatellina CORD. *hiſt.* p. 172. *b.* Ad viam ultra *Eichenkrug* & ad dumeta ubique ad rivum, qui defluit ſub M. *Hengſt.* In *Helvetia* vulgaris.

Paris foliis quaternis *Cliff. Enum. Helv.* p. 412. *Paris* MANGET. *pharm.* T. II. p. 113. *Uva verſa* DORSTEN p. 304. *b.* In umbroſis ſylvis paſſim.

Oxycoccum CORD. *hiſt.* p. 140. *b. Atocha* CHARLEVOIX. n. 68. 69. In paludoſis turfaceis, ad radices M. *Bructeri* abunde, & ſimilibus locis in toto ſeptentrione.

Vaccinium foliis perennantibus, obverſe ovatis *Cliff. Enum. Helv.* p. 414. *Vitis idaea, rubra* CAM. *Epit.* p. 136. *Vitis idaea, ſempervirens, fructu rubro* I. B. Tota *ſylva hercynia* hac ſpecie plena eſt.

Vaccinium foliis annuis, exalbidis. LINN. *Enum. Helv.* p. 414. *Vitis idaea* II. CLUS. *Pann.* p. 77. 79. In ſylva *hercynia* & torfaceis *Cellenſibus.*

Vaccinium caule angulato, foliis ſerratis, annuis *Cliff. Enum. Helv.* p. 415. *Vitis idaea, foliis oblongis, crenatis. fru-*

*fructu nigricante* I. R. H. *Myrtillus* MATTH. p. 231. In ſylvis circa *Rheinhauſen.*

Omnia haec genera, facto a Ruta initio, flore quadrifido & quinquefido ludunt, ſemper tamen ſtaminum dupla ratione ad petala ſunt.

Arbutus procumbens, foliis ovatis, ſolidis *Enum. Helv.* p. 415. *Uva urſi* CLUS *hiſp.* p. 79. *Petit Buis de Canada* CHARLEVOIX n. 96. In *Cellenſi ducatu*, abundiſſime verſus *Schelplau.* Ad *Hudſonsbay.*

H. Arbutus CLUS. *hiſp.* p. 77. VOLC. *heſperid.* p. 240. In *Hibernia, Hiſpania, Graecia, Toſcana.* r.

Erica foliis imbricatis *Enum. Helv.* p. 419. *Erica prior* DOD. *Pemp.* p. 767. Flore albo paſſim ludit.

Tetralix foliis hirſutis, quaternis. *Erica* XIII. CLUS. *hiſt.* p. 46. Copioſe in *Cellenſium* torfaceis, & trans *Jenam bey Bolwerk.* Ludit albo flore & purpureo. Calycis foliola quatuor diſtincta, flos dolii forma, ſegmentis quatuor brevibus repandis. Stamina octo, duabus ariſtis, connata. Tuba longa, ſtigmate craſſo.

Andromeda foliis alternis, lanceolatis, margine reflexo. LINN. *Lap.* T. I. f. 2. *Enum. Helv.* p. 416. *Ciſtus Ledon foliis, Roriſmarini folio, arbuti flore* RAI *Syn.* I. 1690. *ic.* Pinxit etiam EGEDE in *deſcriptione Groenlandiae.* In toto adeo ſeptentrione provenit.

Piro-

Pirola foliis ovatis acuminatis, ſerratis, ſpica unilaterali LINN. *Enum. Helv.* p. 420. *Pirola* II. *tenerior* CLUS. *Pann.* p. 505. 506. *Pirola folio mucronato, ſerrato* I. R. H. *Pirola minor* MANGET *dict. pharm.* II. p. 691. In ſylvis paſſim.

Pirola racemoſa, ſtaminibus & piſtillo rectis *Enum. Helv.* p. 420. Haec ſpecies, de qua in literis ſuis dubitabat Egregius LINNAEUS, omnino diverſa eſt a priori, circa *Bernam* vulgatior, quam altera, neque rara in ſylvis, quae ab Hercynicis jugis verſus occidentem ſolem declinant, circa *Ilefeld* & alibi. Flores huic in denſiorem racemum, penduli congeruntur. Calyx ſemiquinquefidus, ſegmentis acutis. Petala in campanulae formam ordinata, ovalia, lacteola. Stamina decem, aequabiliter diſpoſita, quinque circa convexitatem loculorum fructus, totidem alia in ſulcis, qui loculos diſtinguunt: apices biloculares, loculis ſemiovalibus, ultra filamentum in flavum obtuſum corniculum producti. Ovarium fit ex quinque ovalibus coalitis loculis. Tuba recta, flore paulo longior, fine craſſo, ſtellato, qui ſequenti exiguus eſt, & obſcure inciditur.

Pirola ſtaminibus & piſtillo declinatis *Enum. Helv.* p. 420. *Pirola major* MANG. l. c. *Pirola rotundifolia, major* T. *Mat. Med.* II. p. 140. *Beyde über dem Eichenkrug, um Rheinhauſen* magna copia, & ſuper *Hardegſen.* Diverſiſſimae ſunt, adgnoscente nunc LINNAEO. Eam enim, cui tuba recta eſt, hybridam vetat eſſe, quod ſola, abs-

absque ea, quae piſtillo declinato eſt, plurima circa *Bernam* naſcatur.

Pirola flore ſingulari RIVIN. T. 95. *Pirola* IV. CLUS. *Pann.* p. 508. 509. Abunde in ſylva *hercynia* ad radices abietum. In *Sileſiae* montanis.

Thymelaea ſpica foliis levibus, mollibus, lanceolatis ſubjecta *Enum. Helv.* p. 188. *Laureola folio deciduo, flore purpureo,* officinis *Laureola femina* C. B. Ubique in ſylvis Gottingae.

H. Thymelaea foliis duris levibusque, floribus intermiſtis *Enum.*Helv. p.188. *Laureola ſemper virens, flore viridi,* quibusdam *Laureola mas* C. B. *Laureola* DOD. p. 365. BLAKWELL T. 62. Paſſim in Helvetiae montoſis, *Münchenſtein, Waſſerfall, Dolaz.* In *Hibernia, Anglia, Veronenſi agro,* circa *Heidelberg.*

H. Ariſtolochia caule ſimpliciſſimo erecto, foliis cordatis petiolatis, floribus lateralibus confertis *Cliff. Enum. Helv.* p. 196. *Ariſtolochia Clematitis vulgaris* CLUS. *hiſt.* p. LXXI. *multiflora* RIV. T. 115. In vineis *Alſatiae,* Helvetiae. In *Syria.*

H. Ariſtolochia caule infirmo, ramoſo, foliis cordatis, obſolete dentatis, floribus ſolitariis erectis LINN. *Ariſtolochia Piſtolochia dicta* I. R. H. *Piſtolochia* DOD. p. 325.

H. Carda-

H. Cardamindum majus RIV. T. 96. *Cardamindum ampliori folio & majori* FEUILLEE T. II. T. VIII. *Naſturtium indicum* CAM. *hort.* f. 31.

H. Cardamindum RIV. T. 95. *flore ſulphureo ſimplici. Cardamindum minus & vulgare* FEUILLEE T. II. T. 8.

H. Cardamindum maximum, odoratum, flore pleno. *Catal. of Trees* T. 3. Varietates habet LOCHNER. E. N. C. *Cent.* VIII. *app.*

H. Cardioſpermum LINN. *Veſicaria* RIV. *tetrap. irreg* T. 119. *Corindum ampliore folio fructu majore* I. R. H. *Ulinja* H. MAL. T. VIII. T. 28. In *Aſia* calidiori.

H. Hippocaſtanum T. ZANICHELL. *Caſtanea equina* CLUS. 8. LOB. II. p. 161. CAMER. *Epit.* p. 119. In *Thracia.*

Acer foliis ſemitriiobis, lobis obtuſe inciſis *Enum. Helv.* p. 421. *Acer* TAB. p. 973. *Acer major* PASS. *alt.* T. 75. Ubique ad ſepes.

Acer foliis quinquangulis, undique ſerratis *Enum. Helv.* p. 421. *Acer montanum, candidum* C. B. LADMIRAL T. XI. *Platanus* TRAG. p. 1125. In ſylvis.

Acer foliis quinquangulis, acutiſſime & rariter dentatis. *Enum. Helv.* p. 422. *Acer major* CAM. *Epit.* p. 63. In M. *Hengſt.* Ex communi principio calycis foliola quinque ovata, obtuſa, ſenſim decreſcentia. Petala quinque, bractea ovali, brevi, ex albo virentia, petiolata, orta ex orbiculo balſamico viridi, nitente, carnoſo. Ex eodem ſtamina octo apicibus gemellis. Inter ſtamina totidem rotundi tumores. In cavitate media anuli ovarium parvum, Thlaspi ſimile, educens tubam bicornem. Per maturitatem fiunt duae nuces monoſpermae alatae.

ISOSTE-

## ISOSTEMONES
## VARIAE POLYPETALAE.

Evonymus foliis oblonge ovatis *Enum. Helv.* p. 423. *Evonymus* DOD. p. 783. In *Europa, Japonia,* locis aquoſis & ad ſepes.

H. Celaſtrus ramis teretibus, ſpinis nudis, foliis acutis LINN. *Lycium Aethiopicum, pyracanthae folio* COMMEL. *hort.* I. p. 163.

H. Alaternoides Africana, Lauri ſerrato folio. COMM. *Prael.* p. 61. ic. 11.

H. Staphylodendron *Enum. Helv.* p. 423. CAM. *Epit.* p. 171. In hortis, ſed in *Helvetia* paſſim ad ſepes, & in *Alſatia,* in *Hungaria* POCOCK.

Tamariscus PASS. T. 96. *Myrica Pannonica* CLUS. *Pann.* p. 27. Ad *Rhenum, Danubium, Iſarim, Nilum, Jordanum, Gamroni in Perſia.*

Cotinus. Coccygria Theophraſti LOBEL. *ic.* II. p. 99. In *Servia* & circa *Vindobonam.*

H. Rhus cortice hirſutiſſimo, foliis pinnatis, ſerratis. *Sumach arbor* MUNTING T. 18. *Rhus obſoniorum & coriariorum* LOBEL. *ic.* II. p. 98. In *Palaeſtina, Syria, Japonia.*

H. Rhus foliis ternatis, foliolis petiolatis, acutis, integris *Hort. Cliff.* p. 110. *Edera trifolia, Canadenſis* CORNUT. p. 97.

Hedera foliis lobatis & ovatis *Cliff.* 74. *Enum. Helv.* p. 155. floret circa *Pleſſ* & *Bovenden*.

H. Vitis vinifera. *Vallia-Vera-Petica* H. MAL. II. p. 7. Sponte in *Hungariae* & *Helvetiae* dumoſis & ſepibus, & in tota *America* ſeptentrionali, (RIBALD p. 124.) & in oriente, etiam in *Japonia*.

H. Vitis quinquefolia Canadenſis CHARLETON. *Edera quinquefolia Canadenſis* CORNUT. p. 100, *Vitis Canadenſis* MUNT f. 60. bene. r.

Ribes ramis aculeatis, erectis, fructu glabro *Cliff. Enum. Helv.* p. 346. *Groſſularia ſpinoſa, ſylveſtris* C. B. *Uva ſpina* MATTH. p. 167. Varietates habet LANGLEY T. 55. Ad ſepes rarior. In *Helvetia* frequens ad ſepes.

Ribes inerme, floribus planiuſculis, racemis erectioribus *Cliff. Enum. Helv.* p. 346 *Ribes alpinus, dulcis* I. B. II. p. 98. Copioſe in ſylvis ſuper *Stolberg*, eundo ad *Auerberg*.

H. Ribes inerme, floribus planiuſculis, racemis pendulis *Enum. Helv.* p. 346. *Ribes acidus, vulgaris* LINN. In ſylvis circa *Bernam, Altdorfinum*. In *Suecia, Polonia, Canada, Hudſonsbay*. Ad montes ſabuloſos *Belgii*.

Ribes

Ribes inerme, foliis & nigro fructu maximis, olentibus *Enum. Helv.* p. 347. *Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro* C. B. *Ribes nigra* TAB. p. 1083. *Icon* L' ADMIRAL T. 23. *Zu Rosdorf am Baehe* abunde. In *Alſatia*, *Boruſſia* &c.

Berberis PASS. *ic. alt.* n. 2. LANGLEY *Pomon* T. 13. *Oxyacantha Galeni* TAB. p. 1035. Abunde in dumetis inter *Bovenden* & *Barenſen.*

H. Telephium Dioscoridis IMPERATI p. 662, *Monspelii*, In *Italia* &c.

Tribulus aquaticus CAMER. *Epit.* p. 715. *Panovar tſiaana Hort.* MAL. T. XI. *tab.* 33. Copioſe in ſtagnis *Alſatiae inferioris* reperi. *Wittebergae* frequentiſſimus eſt, & *Berolini.* In *Macedoniae* fl. *Strymone.*

## UMBELLIFERAE.

H. Phyllis LINN. *Valerianella Canarienſis, frutescens, ſimpla nobla dicta* DILL. *hort. Elth.* T. 299.

Hydrocotyle LIND. *hort. Alſat.* T. 12. *Marsh pennywort* PETIVER *Hort. Brit.* T. V. In *ducatu Cellenſi*, & ultra *Engeſen*, paſſim ad vias foſſasque. Circa *Gernsheim* etiam reperi.

H. Foe-

H. Foeniculum *Enum. Helv.* p. 425. BLAKWEL. T. 288.

Apium foliis ſemitrifidis, ora loborum circumſerrata *Enum. Helv.* p. 427. *Apium paluſtre* CAM. *Epit.* p. 527. *Japonia*, & in *Germania* nonnunquam ad foſſas, etiam in *Georgia.*

H. Apium ſativum RIV. T. 87. & *criſpum* T. 89.

H. Apium Ruſſicum Thyſſelini folio. Aliquot annis vixit, & ſine flore periit.

*H.* Smyrnium Matth. RIV. T. 68. *Alexanders* PETIVER. H. B. T. 24. Ad vias maritimas & rupes *Angliae occidentalis*, & in ſepibus, tum in *Provincia*, & inſula *Texel.*

Podagraria *Enum. Helv.* p. 427. RIV. T. 46. *Angelica ſylveſtris minor ſive erratica.* C. B. Ubique ad ſepes.

Carum *Enum. Helv.* p. 428. CAMER. *Epit.* p. 516. In pratis non rarum.

H. Seſeli radice praelonga, foliis glaucis, ſeminibus ſubhirſutis, Sibiricum, pro *Oenanthe ſtriata, rigida* habitum, mihique miſſum, cujus icon & deſcriptio dabitur in T. III. *Comment. Soc. Reg. Scient.*

Trago-

Tragoſelinum pinnis ſemibilobis, circumſerratis *Enum. Helv.* p 428 *Pimpinella ſaxifraga* CAMER. *Epit.* p. 775. *Small broad Saxifrage & great broad Saxifrage* PETIVER T. 26. *Im Lütjelänger Walde* &c.

Tragoſelinum pinnis laciniatis, ſuperioribus tenuiſſime diviſis *Enum. Helv.* p. 429. *Tragoſelinum minus.* I. R. H. *Saxifraga parva* DOD. *Purg.* p. 495.

Pimpinella tenuifolia RIVIN T. 82. An *Foeniculum ſylveſtre, elatius ferulae folio longiori* I. R. H. In ſylva *die Welmeſe* prope *Jenam.*

H. Aniſum RIV. T. 72. *vulgare* FIERAE *Coen.* p. 107.

H. Ammioſelinum RIV. T. 84. *Ammi vulgare, majus, folio latiori, ſemine minus odorato.* I. B. III. p. 127. In *Gallia* calidiori.

H. Ammi parvum, Foeniculi folio MORIS. T. III. p. 295. S. 9. T. 8. f. 7. Umbella univerſalis nuda, peculiaris quinque foliolis inaequalibus ſuccincta. Petala alba, inaequalia, cordata, inciſa. Semen ex ovato contractum, hinc album & leve, inde quatuor eminentibus lineis diſtinctum.

Oenanthe foliis caulinis fiſtuloſis *Enum. Helv.* p. 432. *Oenanthe* RIVIN. *Oenanthe aquatica* C. B. *Nach Bovenden in einem Sumpfe.* Flores laterales mares, magis difformes,

formes, centrales androgyni, magis regulares, calyce uniformi. Semen aculeis calycis coronatum.

H. Oenanthe Apii folio, caule firmiori C. B. MOR. III. p. 288. S. 9. T. 7. f. 3. *Monſpelii.*

H. Oenanthe folio Chaerophylli, ſucco viroſo *Comment. Lit.* 1740. *hebd.* 49. Etiam absque flore interiit. In *Anglia, Hibernia, Belgio.*

H. Oenanthe Luſitanica, ſemine craſſiori, globoſo. I. R. H. Nondum floruit.

Phellandrium foliis ad angulos obtuſos ramoſis *Enum. Helv.* p. 432. *Phellandrium* DOD. *Cereal.* p. 244. RIVIN. T. 64. *Am Schützenhauswaſſer, auf dem* Heymberge.

H. Coriandrum fructibus globoſis. *Coriandrum majus.* RIV. T. 69 & *majus* RIV. T. 70.

H. Coriandrum ſylveſtre, foetidiſſimum C. B. Sponte *aufm ried bey Ulm* LEOP. Plerique flores mares absque calyce ſunt. Androgyni vero habent calycem duobus magnis, tribus exiguis foliis factum. In fructu duo ſemina includuntur, ſepto diſtincta.

Cynapium *Enum. Helv.* p. 433. RIVIN. T. 75. *Cicuta minor, Petroſelino ſimilis* I. R. H. *Cicuta terreſtris, minor* TREW. *Comm. Lit.* 1740. *hebd.* 47. Ubique in hortis.

Cicu-

Cicuta *Enum. Helv.* p. 434. DOD. *Pempt.* p. 461. *Cicuta vulgaris, major* MORIS. III. p. 290. *Cicuta terreſtris, major* TREW. *Comm. Lit.* 1740. *hebd.* 43. In *vallo urbis* paſſim & ad ſepes.

H. Liguſticum foliis multiplicibus, foliolis ſuperne inciſis *Cliff. Liguſticum vulgare, foliis Apii* I. B. In *Liguria Languedocia, Japonia, Palaeſtina* POCOCK.

H. Liguſticum Scoticum, Apii folio I. R. H. *Seſeli Scoticum* RIVIN. T. 68. In *Scotia, Orcadibus inſulis, Bahuſia, Virginia.* Umbellae generalis radius unus & alter, peculiaris radii ſex, ſeptem, latiusculi. Petala rubella, fere aequalia, margine acuto introflexo. r.

H. Siſon foliis ternatis. *Myrrhis Canadenſis* RIV. T. 53. Calyx uterque abeſt. Umbella utraque rara, flores albi, apice introflexo, regulares. In *Virginia, Canada.*

Sium foliis pinnatis, inferioribus ſimplicibus, ſuperioribus trifidis, argute diſſectis *Enum. Helv.* p. 435. *Sium geniculis umbellatis* VAILL. p. 187. In foſſis & aquoſis ubique.

Sium foliis omnibus pinnatis, ſerratis. *Sium majus, latifolium* MORIS. *Broad Water Parſnip* PETIVER T. 26. In foſſis *auf der Pfingſtwieſe, bey Harſte. Um Saltzderhelden.*

H. Sium

H. Sium foliis pinnatis, floralibus ternatis LINN. *Siſarum* RIV. T. 55. Univerſale involucrum uno foliolo fit, peculiare tribus quatuorve reflexis.

Sium foliis ſerratis, tripartitis. *Enum. Helv.* p. 436. *Cicuta aquatica* WEPFERI. TREW. l. c. *hebd.* 48. *Am Seeburger und Denckerhäuſer Teiche.*

Sium pinnis multifidis, ſerratis, nervo folioſo *Enum. Helv.* p. 436. *Falcaria* RIV. T. 47. Ad viam inter *Papiermühle* & *Edigehauſen* abunde.

Meum *Enum. Helv.* p. 426. DOD. *Purg.* p. 478. Copioſiſſime circa *Andreasberg*, rarius in *Bructero* M. In *Pilato Gallico*, in *Jurae* nonnullis jugis.

Bupleurum foliis ovatis, perfoliatis LINN. *Enum. Helv.* p. 437. *Perfoliata* II. TAB. p. 759. In agris. Involucrum generale nullum.

Bupleurum foliis petiolatis, falcato ellipticis, acutis *Enum. Helv.* p. 439. *Herba vulneraria* TRAG. p. 431. Rarius *über der Papiermühle.* In M. *Altenſtolberg* abunde.

Bupleurum foliis imis petiolatis, ſuperioribus ovatis, perfoliatis *Enum. Helv.* p. 437. *Perfoliata montana* CAMER. *hort.* p. 120. *ic.* XXXVIII. *Bupleurum montanum, latifolium* I. R. H. *Im Walde zwiſchen Wehnde und Pleſſe, auch am Fahrwege nach Pleſſe häufig, und am Pleſſberge rechts.* Involucrum generale quinquefolium.

Aſtran-

Aſtrantia foliis quinquelobatis, lobis tripartitis *Enum. Helv.* p. 439. *Aſtrantia* RIV. T. 67. *Aſtrantia major, corona floris purpurascente* I. R. H. *Aufm Altenſtolberg.*

Laſerpitium foliis cordatim inciſis LINN. *Enum. Helv.* p. 440. *Seſeli Aethiopicum herba* DOD. *Purg.* p. 482. *Laſerpitium foliis latioribus, lobatis* I. R. H. In M. *Altenſtolberg*, & ſuper *Wernigerode.*

H. Laſerpitium pinnis petiolatis, tripartitis, ellipticis *Enum. Helv.* p. 441. *Siler montanum* DOD. *Purg.* p. 310. Semen pinxit PARSONS *theatr.* T. III. f. 12. 13. 14. 15. *Veronae*, & in Alpium declivibus v. g. ſupra *Interlachen.*

Laſerpitium minus RIV. T. 23. *Laſerpitium Prutenicum, viscoſo ſemine* BREYN. *Cent.* I. c. 84. In *Boruſſia*, circa *Jenam*, & *Berolinum.* Involucrum univerſale & peculiare octo & ultra foliorum latorum; alba membrana cinctorum. Petala florum extremorum paulum irregularia, caeterum cordata, inflexa, lineata, quaſi alba; tubae longae, diu perſiſtentes; ſemina hirſuta, tribus alis brevibus percurſa, praeter quas duae magnae plicatae, albae, ſiccae alae adſunt. Sed etiam parvae alae nonnunquam grandiores fiunt, & numerus adeo alarum a 2 ad 8 in uno fructu varius eſt.

H. Crithmum foliis linearibus, carnoſis LINN. *Foeniculum marinum* LOB. *ic.* p. 392. Ad *mare mediterraneum* in M. *Cete* & alibi: etiam ad *mare Britannicum*

Umbella utraque octifolio involucro ſuſcepta; petala integra inflexa, cordata, extremum maximum, r.

Peucedanum foliis quinquies tripartitis, linearibus, ſubulatis, integerrimis LINN. *Peucedanum* I. B. III. *part.* 2. p. 36. Abunde in pratis inter *Nördlingen* & *Oettingen. Jenae*, in ſylva prope *Coſpida.*

Peucedanum pinnis duplicato pinnatis, pinnulis latiusculis, trifidis *Enum Helv*, p. 442, *Siler alterum, pratenſe* DOD p. 310. Abunde ad lacum *Seeburgenſem* in ripa dextra; Infra *Lauche.* Super *Wernigerode. Jenae im Paradieſe.*

Selinum pinnis pinnatis, pinnulis appendiculatis, circumſerratis, triangularibus *Enum. Helv.* p. 444. *Cervaria* RIV. T. 12. *Oreoſelinum majus, Apii folio* I. R. H. *Am Pleſsberge* in praecipitiis.

Selinum pinnis ad angulos obtuſos pinnatis, pinnulis inciſis, non ſerratis *Enum. Helv.* p. 444. *Oreoſelinum ſive Vielgutta* DOD p. 696. Circa *Oppenheim* & *Güntersblum* legi.

H. Oreoſelinum Apii folio, minus, ad ſingulos nodos ramoſum, in ſummitate caulis plures umbellas in praelongis pediculis ferens TILLI *hort. Pis.* Nondum floruit.

Selinum leviter lacteſcens, radice unica *Enum. Helv.* p. 443. *Thyſſelinum anguſtifolium* RIV. T. 20. Radix ramoſa, teres, lac in petiolis ramorum modicum: Umbellae utriusque involucra latifolia, reflexa. Petala aequalia, cordata, inflexa. Semina fiunt ala magna, alba & nucleō tribus alis elevatis percurſo. *Im Landolfshäuſer Sumpfe.* In *Cellenſi ducatu* ubique.

Seli-

Selinum altiſſimum, foliis triplicato diviſis, pinnulis trilobatis, obtuſis. *Umbellifera Alſatica, magna* I. B. III. p. 306 In ruderoſis *arcis Oppenheimenſis* magna copia. Deſcriptam dedi in *Opuscul. Botan. pag.* 318.*ſeqq.* §*pho* XCIV.

Angelica foliolis aequalibus, ovato lanceolatis, ſerratis *Cliff. Enum. Helv.* p. 445. *Angelica ſylveſtris* TRAG. p. 422. Ubique in udis pratis. Foliis rotundioribus & acutioribus ludit.

H. Angelica foliorum inpari lobato LINN. *Angelica ſativa* DOD. p. 497. *Angelica* RIV. T. 15. In *Laponia, Grönlandia, Sileſiae alpinis.*

H. Angelica foliolis aequalibus, ovatis, inciſo ſerratis *Cliff. Angelica lucida, Canadenſis* CORNUT. p. 195. BARR. *ic.* 1320. MORIS. S. IX. T. 3. *Angelica Canadenſis* RIV. T. 16. *Angelique a fleur blanche du Canada* CHARLEVOIX *ic.* 29. Umbellae univerſalis radii vagi, exigui, peculiaris involucrum octifolium, gracile. Petala elliptica, lanceolata, ſine reflexo, placenta convexa. Semen ovale, alis lateralibus magnis, nucleo tribus craſſis ſulcis percurſo. r.

H. Imperatoria *Enum. Helv.* p. 445. *Aſtrantia* DOD. *Purg.* p. 500. In alpibus v. g. *um die Teufelsbrück,* & in montibus *Arverniae* & *Tridentinorum.*

H. Ferula RIV. T. 9. Nondum floruit.

H. Anethum RIV. T. 13.

H. Anethum Fernambuccenſe *Hort. Lugd. Bat.* Differentiam nullam in meis reperio.

Paſtinaca foliis ſimpliciter pinnatis. *Cliff. Enum. Helv.* p. 446. *Paſtinaca* RIV. T. 6. *Paſtinaca ſylveſtris, latifolia* C. B. *Wild Parsnip* PETIVER. T. 24. Ad ruderoſa & vias.

Sphondylium RIV. T. 4. S. pinnatum, pinnis ſemiquinquefidis, hirſutis *Enum. Helv.* p. 447.

H. Sphondylium foliis anguſtioribus RIV. T. 5. an *jagged Cow Parsnip* PETIVER *Hort, Brit.* T. 24? Huic radii ſex, ſeptem, octove ſub umbella peculiari. Flores virides, omnes uniformes, regulares, petalis inflexis, cordatis, linea eminente diviſis: placenta convexa, tubae breves. Semen ſimile: odor virulentus orchidis. Circa *Harefield* BLAKSTONE. r.

H. Tordylium involucris umbella longioribus *Cliff.* *Tordylium Syriacum* RIV. T. 3. *Tordylium* MOR. *Umbellif.* T. 9. 6.

H. Tordylium umbella conferta, foliolis lanceolatis, inciſo ſerratis *Cliff. Tordylium* RIV. T. 1. *Tordylium majus, limbo ſeminis minus granulato* MOR. IX, T. 16. r.

Cauca-

Caucalis involucris latifoliis, petalo extremo maximo *Enum. Helv.* p. 448. Πυκνοκάρπος *Echinophora an Dioscoridis Gingidium* COL. *Ecphras.* p. 94. *Caucalis arvenſis, echinata, magno flore* C. B. In agris paſſim; *Ueber der Papiermühle* abunde.

H. Caucalis ſeminibus cylindricis, aſperis. *Anthriscus Creticus* RIV. T. 38. Semina magna, longa, ſtriata, aſpera, ſpinoſa, roſtrata, hinc convexa, inde plana. Umbella univerſalis nuda, ex paucis umbellulis conpoſita. Calyx umbellae peculiaris quatuor lanceolatis, hirſutis foliolis fit Ea umbella pauciflora eſt. Petala inflexa, cordata, extremum majus, interiora minora. Tubae breves, craſſaeque. Circa *Argentinam* & in *Anglia*. *Veronae.*

Caucalis involucro generali unifolio, laciniis foliorum perangultis *Enum. Helv.* p. 448. *Echinophora tertia λεπτοφύλλον purpurea* COLUMN. p. 96. *Caucalis arvenſis, echinata, parvo flore & fructu* I. R. H. In agris frequens. Peculiare involucrum quatuor vel quinque foliorum.

Caucalis umbella univerſali trifida, partialibus pentaſpermis, foliis pinnatis, pinnis ſerratis *Cliff. Caucalis echinata, arvenſis, latifolia* C. B. GARIDEL T. 22. *Broad Bur Parsley & Jagged Broad Bur Parsley* PETIVER T. 27. In agris frequens.

Caucalis ſeminibus hispidis, foliis hirſutis, obtuſe lobatis *Enum. Helv.* p. 449. *Caucalis ſemine aſpero, flosculis rubentibus* C. B. *Prodr.* p. 80. In ſylvis & ad ſepes.

H. Caucalis umbellis ſeſſilibus *Cliff.* *Caucalis nodoſa, echinato ſemine* C. B. *Monsp lir*. Petioli umbellae univerſalis breves, robuſti. Hae umbellae tantum ex duabus tribusve umbellis peculiaribus fiunt. Calyx praelongus, quinque ad octo foliis fit. Semen ſpinulis albis rectis hirtum, calyce brevi coronatur. Petala cordata, apice inflexo, aequalia, alba. Tubae breves.

Caucalis folio Chaereſolii RIVIN. T. 34. *Myrrhis ſylveſtris, nova aequicolorum* COLUMN. *Ecphras.* p. 112. *Fine rough Parsley* PETIVER. T. 27. In pagis circa *Jenam* v. g. *Burgau. Hannoverae,* in *Anglia.*

H. Caucalis Africana, folio minoris Rutae BOERH. p. 63. *ic.* Umbella rara ex tribus quatuorve umbellulis facta. Involucra trifolia, breviuscula & rigidiuscula: Semen ſemiovale, tribus lineis modice aculeatis percurſum. Petala alba apice inflexo, medio linea eminente diviſa, pene aequalia, extremo maximo. Tubae duae perſiſtentes longae. r.

H. Caucalis major daucoides Tingitana *Par. Bat.* p. 111. *ic.* MOR. IX. 14. *Echinophora Tingitana* RIV. T. 26. Calyx univerſalis ex foliis laciniatis pinnatis factus, ſurſum cavus. Umbellae particulares inaequales, altera parte breviores, earumque involucra alias laciniata, alias ſimplicia. Exteriores flores difformes. Petala alba aut rubella, ungue virente, inciſa, in partes inaequales, extimum maximum, media mediocria, intima minima. Interiores flores vix difformes, omnes autem androgyni. Tu-

Tubae breves craſſaeque. Semen ovale, hinc planum, inde convexum, percurſum quatuor alis profundiſſime ſerratis, albis, ſiccisque, calyce coronatum. Inter Caucalidem & Daucum ambigit. r.

Sanicula *Enum. Helv.* p. 449. RIV. T. 30. In omnibus nemoribus.

Daucus ſeminibus hispidis *Enum. Helv.* p. 450. In agris & ad ripas.

H. Daucus ſativus, radice atrorubente, aut flava.

H. Daucus maritimus lucidus I. R. H. *Staphylinus folio latiore* RIV. T. 29. r.

Libanotis pinnulis circa coſtam decuſſatis *Enum. Helv.* p. 450. *Athamantha foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, radicalibus circa coſtas decuſſatis* GMELIN. *Sibir.* p. 186. *Daucus montanus, Pimpinellae ſaxifragae minoris folio, Dubrienſis* PLUKNET. *Almag.* T. 173. *Auf dem Altenſtolberg.*

H. Libanotis foliis multifidis, planis. *Dauco con foglie di Sophia Siciliano* ZANONI T. 48. *nov.* Ab alpino Dauco ſive cretico differt foliis glabrioribus, non teretibus, laxioribus, ſemine potius majori.

Chaerophyllum ſeminibus nitidis, nervis foliorum hirſutis *Enum. Helv.* p. 452. *Chaerophyllum ſylveſtre, peren-*

*perenne, Cicutae folio* I. R. H. *Cereſolium ſylveſtre* RIVIN. T. 43. In pratis ubique, verna planta.

H. Chaerophyllum ſativum.

Myrrhis radice lignoſa, perenni, foliis hirſutis, ſeminibus flavis, obscure ſtriatis. *Myrrhis minor* LOBEL. *Myrrhis perennis, alba, minor, foliis hirſutis* MORIS. III. p.301. RUPP. T. V. p. 282. Umbella univerſalis nuda, ſub peculiari folia ſeptem lata, lanceolata. Flores exteriores difformes, petalis ſemibifidis, tubae perſiſtentes. Semina flava, longa, conica, obscure ſtriata, tribus lineis glabrioribus percurſa. Folia profundius & acutius inciſa, quam Chaerophyllo ſylveſtri. *Ueber Wernigerode* in pratis.

Myrrhis perennis, ſeminibus ſtrictis, longiſſimis *Enum. Helv.* p. 453. *Myrrhis paluſtris* RIV. T. 50.

β. rubra. In ſylvis & pratis *hercynicis*, etiam in urbe *Clausthal*. Glabris & hirſutis foliis ludit.

Myrrhis caule inferius hirto, ſuperne glabro, radice verna globoſa. *Myrrhis tuberoſa, nodoſa, coniophyllon* I.R.H. *Myrrhis foetens* RIV. T. 49. Abunde ad viam verſus *Edigehauſen*. Faetet, ut Cicuta minor. Semina obeſa, elliptica, fusca, lineis pallentibus tribus percurſa, reliquiis tubarum coronata.

Myrrhis pinnulis ſemipinnatis, obtuſis, ordinatim decrescentibus *Enum. Helv.* p. 453. *Myrrhis annua, ſemine ſtriato, levi* I. R. H. *Cerefolium ſylveſtre, Onoſelinum* TAB. p. 94. *Wild Chervil* PETIVER. T. 25. bene. *Myrrhis* RIVINI T.48. Ubique ad ſepes & in lapidoſis. H

H. Myrrhis ſeminibus profunde ſulcatis, maximis *Odorata*. RIV. T. 56. *Veronae*; *Caſſellis*, ſi fides GILLENIO.

Scandix foliis omnibus tenuiſſime diviſis *Enum. Helv.* p. 454. *Scandix* RIV. T. 37. *Scandix*, *Pecten veneris*, DOD. *Purg.* p. 502. In agris ubique.

Eryngium ramoſiſſimum, pinnis foliorum pinnatis, alatis *Enum. Helv.* p. 455. *Eryngium campeſtre* DOD. p. 730 *Bey Bovenden am Wege.* Circa *Eisleben.*

H. Eryngium foliis radicalibus ovalibus, planis, crenatis, floribus pedunculatis *Cliff. Eryngium Pannonicum, latifolium* CLUS. *Pann.* p. 669. In pratis ad *Danubium.*

H. Eryngium marinum MATTH. p. 1459. DONAT. p. 41. Ad *mare Balthicum* & *mediterraneum.* r.

## DIPETALAE.

Circaea major foliis longioribus, obiter crenatis *Enum. Helv.* p. 456. *Herba Divi Stephani* TAB. p. 730. *Bey Pleſs im Grunde, an den Gleichen* abunde: in ſylva ſuper *Hardegſen.*

Circaea minima, foliis brevioribus, dentatis *Enum. Helv.* p. 456. *Circaea minima* COLUMN. *Ecphras.* II. p. 80. In ſylvis ſupra *Hardegſen* & in *ſylvis hercynicis* ubique. Vereor, ut diverſa ſit, nam etiam in majori calyces purpureos reperi.

## STELLATAE.

Aſperula ſeminibus coronatis. *Sherardia* DILL. *nov. gen.* p. 96. *Cliff. Enum. Helv.* p. 457. In agris ubique.

*H.* Aſperula umbellis piloſis, foliis ſenis, longis, & obtuſis *Enum. Helv.* p. 457. *Aſperula caerulea* DOD. p. 355. In *Anglia*, *Helvetia*, *Belgio*, *Alſatia.*

Aſperula foliis octonis, ſeminibus hiſpidis, ex ſummo caule paniculata *Enum. Helv.* p. 457. *Aſperula odorata, flore albo* DOD. *Pempt.* p. 355. In ſylvis abunde.

H. Aſperula foliis quaternis, ovato lanceolatis, ramis alternis *Cliff. Enum. Helv.* p. 457. *Rubia levis Taurinenſium* LOBEL. *ic.* p. 800. In *Helvetia* circa *Interlachen* r.

Aſperula foliis quaternis, linearibus, floribus paniculatis. *Enum. Helv.* p. 458. *Rubeola quadrifolia, levis, floribus purpuraſcentibus* I. R. H. *Gallium tetraphyllon, montanum, cruciatum* COLUMN. I. p. 297. Circa *Jenam* ubique, & in *Helvetia.*

Aſperula foliis quaternis, linearibus, floribus trifidis Ex M. *Altenſtolberg* in hortum adtuli, vigentem ibi & florentem. Eſt *Aſperula foliis linearibus, quaternis, ſummis oppoſitis* LINN. *Stokholm. Handling* 1742. n. 20. non vero ſynonyma. *Gallium triphyllon in ſylvis Gothiae* FUIREN apud BARTH. *ciſt. med.* p. 286. Tota viridiſſima eſt, caule cubitali, foliis raris, quaternis, quinisque obtuſis, flore albo, ita longe tubulato, ut ad Aſperulas referre neceſſe ſit, ſemper trifido.

H.

H. Aſperula ſpicata, glumis floralibus maximis. *Rubeola anguſtifolia, ſpicata* C. B. *Pſeudorubia ſpicata, anguſtifolia* MOR. IX. T. 27. *Monſpelii* &c. Quatuor ordines locuſtarum, ut videntur ad graminum ſimilitudinem dici poſſe. Cuilibet *locuſtae* tria foliola cava, lineata, plicata, glumarum ſimilia. In eorum ſinu ſemina duo conjuncta, coronata, gracillimo flore, luteo, quadrifido, coronata. Tubae duae apice globoſo. Semen naviculae ſimile, hinc convexum, inde profunde ſulcatum.

H. Galium foliis quaternis, floribus ternatis, mediis craſſe petiolatis, lateralibus maſculis. *Cruciata muralis, minima, montana* COLUMN. *Ecphras.* p. 297. *Romae* & in regionibus calidis. Conjunctos tres floſculos producit, quorum medius androgynus, pediculo craſſo, ciliato, inflexo eſt, cum ſemina ovata ſint, & floſculus quadrifidus, tetraſtemon, tubaeque apicibus globoſis. Laterales floſculi trifidi, mares, triſtemones.

H. Galium floſculis inter folia ovata, ampliſſima, reflexa poſitis. *Cruciata Orientalis, glabra, humifuſa* TOURN. *Coroll.* Icon BUXBAUMII *Cent. V, app. n.* 40. vix poteſt noſtram plantam exprimere. Inter folia ampla, ovata, reflexa ſedent pediculi reflexi, gerentes ſemina gemella, rotunda, hirſuta. Super ea flores ſunt in petiolis ramoſis, trifidi, quadrifidi, quorum multi abortiunt. Quare omnibus penſitatis Valantiam, ut ipſe malebat VAILLANTIUS, ſolis floribus ſterilibus admiſtis diverſam, Galiis reliquis reſtituo. *H.*

H. Galium ſeminibus exaſperatis, flosculis lateralibus maſculis. *Aparine ſemine Coriandri ſaccharati* PARKINS *Monſpelii.* Flosculus fertilis, quadrifidus, androgynus, ſedet inter duos flosculos mares trifidos & triſtemones.

Galium caulis alis, foliique ora & nervo ſerratis, fructu hiſpido. *Enum.* Helv. p. 459. *Aparine vulgaris* C. B. Ad ſepes ubique.

Galium caulis alis foliorumque ora nervoque ſerrato, fructu ſubaſpero *Enum.* *Helv.* p. 459. *Aparine ſemine levi* VAILL. T. 4. f. 3. *Gottingae* in agris. Semina tuberculoſa, non adhaerentia.

Galium caulis alis, foliorum ora nervoque ſerratis, fructu levi *Enum. Helv.* p. 459. *Ap. ſemine minore* VAILL. T. 4. f. 4. Semen penitus leve, ovale. In *Helvetia.*

H. Galium procumbens, foliis ſenis, gracilliſſimis, confertis, ſeminibus ſubhirſutis. Ex *Sibiria.* Folia, quam vulgari luteo longiora, nigriora, caulis procumbens, ſemina ſubhirſuta, quae evidentior a vulgari luteo diverſitas eſt.

Galium foliis quaternis, flosculis in alis confertis *Cliff.* *Enum*, *Helv.* p. 462. *Cruciata hirſuta* C. B Ad vias: Habet flosculos mares ſteriles, miſtos fertilibus.

Galium caule erecto, foliis quaternis, lanceolatis, trinerviis *Enum.* *Helv.* p. 459. *Rubia erecta*, *quadrifolia* I. B. III. p. 716. Abunde in ſylvis circa *Jenam*, *in Altenſtolberg*, & ſupra *Elbingerode*, inque monte *Kifhäuſer.*

Galium caule ramoſiſſimo, foliis quinis, obverſe ovatis *Cliff.* *Enum.* *Helv.* p. 460. *Gallium ſaxatile*, *ſupinum*, *molliori folio* IUSSIEU *Memoir de l'Acad.* 1714. p. 490.

In

In *ſylva hercynia* frequens, ſtatim ſuper *Herzberg*, & verſus *Engeſen*.

Galium foliis ſenis & novenis, ſubaſperis, ſpinula terminatis *Enum. Helv.* p. 460. *Gallium album, minus* VAILL. p. 78. Abunde ad vias, locis lapidoſis v. g. in M. *Heynberg* verſus *Herperhuſen*.

Galium caule ſubaſpero, foliis quaternis & ſenis, ſpinula terminatis *Enum. Helv.* p. 460. *Aparine paluſtris, minor Pariſienſium, flore albo* I. R. H. Abunde locis udis.

Galium altiſſimum, foliis quaternis, obtuſis *Enum. Helv.* p. 461. In aquoſis pratis. Vereor, ut ſatis diverſa planta ſit.

Galium caule quadrangulo, foliis octonis, glabris, acuminatis *Enum. Helv.* p. 461. *Gallium album, vulgare* I.R.H. *Rubia ſylveſtris* TAB. p. 789. Ad vias &c.

Galium caule recto, foliis ſenis, inferne canaliculatis. *Gallium montanum, altiſſimum, foliis anguſtis, albicantibus* RUPP. p. 5. In ſylvis circa *Jenam* & *Altenſtolberg*. Diverſum a vulgari, durius, erectius, foliis longioribus, ſubtus albis, linea diviſis, ſurſum rigentibus.

Galium caule tereti, fulcrato, foliis octonis, glaucis, & obtuſis *Enum.* Helv. p. 461. *Gallium montanum, latifolium, ramoſum* C. B. *Mollugo montana* DOD. p. 354. In ſylvis frequens.

Galium foliis octonis, graciliſſimis, confertis, ſpica flava caulem terminante *Enum. Helv.* p. 461. *Gallium* BLAKWELL. T. 435. *Am Bovender Galgen.* Ludit flore pallente, ochroleuco.

H.

H. Rubia foliis ſenis, ſuperficie annua. *Rubia ſylveſtris, Monſpeſſulana, major* I. R. III. p. 715. Folia quaterna. quina, ſena. Flos quinquefidus & ſexfidus. Radix perennat, folia & caules annui ſunt. In *Valeſia, Gallia* calidiori, etiam circa *Francofurtum* ad *Viadrum, Argentinam.* r.

H. Anthoſpermum *Hort. Cliff.* T. 27. *Frutex Africanus, Ambram ſpirans* WALTHER *hort.* T. 9. Semen ignoratur. r.

## FLORE FRUCTUI INNATO BACCIFERAE.

Cornus umbellis, involucrum aequantibus *Cliff. Cornus mas vulgo. Cornus* CAM. *Epit.* 158. bene. In *Macedonia* & *Europa* calidiori, etiam in M. *Hengſt* prope *Gottingam* abunde.

Cornus umbellis involucro deſtitutis *Cornus femina* I. R. H. In *Europa, Japonia* &c. ad ſepes.

Opulus *Enum. Helv.* p. 463. *Sambucus aquatica* CAM. *Epit.* p. 977. In aquoſis *Europae, Japoniae.*

β. Varietas ſtaminibus & tubis abortivis, floribus omnibus amplioribus. *Sambucus arbor roſea* AICHST. *Vern. Ord. Frut.* T. X. f. 1.

Vibur-

Viburnum MATTH. p. 217. *Bey Lauche & Jenae.* Floribus uniformibus ab Opulo differt.

H. Tinus CLUS. II. *hiſp.* p. 82. In *Hiſpania, Jtalia.*

Sambucus arborea, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 466. *Sambucus fructu in umbella nigro* C. B. In *Japonia,* & *Germania* tota.

Sambucus herbacea, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 466. *Ebulus* CAMER. *Epit.* p. 979. Rarius circa *Gottingam.*

Sambucus arborea, floribus ſpicatis. *Enum. Helv.* p. 467. *Sambucus cervina* TAB. p. 1019. *Sambucus montana, racemoſa* C. B. *Im Eulenloche,* & in ſylva verſus *Beſingehauſen,*

Caprifolium floribus geminis, foliis ovatis, lanuginoſis, integerrimis *Enum. Helv.* p. 464. *Chamaeceraſus dumetorum, fructu gemino, rubro* I. R. H. *Xyloſteum* RIVINI *monop. irreg.* T. 119. Ubique ad ſepes.

H. Caprifolium floribus geminis, foliis ovatis ciliatis *Enum. Helv.* p. 465. n. 3. *Periclymenum rectum, fructu caeruleo* CLUS. *Pannon.* p. 85. Folia nervis conſpicuis picta, oris ciliatis, inferne ſubhirſuta. Baccae geminae, corona obſcuriori, brevi, reſecta, orbiculata. Geminus uni baccae inſidet flos ſubhirſutus, albus, brevis, uno latere tubi longiori, calcar quaſi ordiente. Segmenta ejus

quinque,

quinque, ſuperiora duo rectiora, breviora, inferiora tria ovata, lanceolata, magis diſtantia, longiora. Stamina quinque, quorum unum brevius eſt. Tuba longa apice magno, difformi. Fructus non maturuit. In *Germania*, *Auſtria*, *Rhaetia*, *Helvetia*.

Caprifolium floribus racemoſis, foliis diſtinctis *Enum. Helv.* p. 465. *Periclymenum Germanicum, non perfoliatum* C. B. *Caprifolium* PASS. *ic. part. alt.* n. 7. Multae varietates pictae ſunt in *Catalogue of Trees*. Abunde in dumetis & ſylvis. *Bey Siboldshauſen*, in M. *Hube* &c.

H. Caprifolium foliis ſupremis coaleſcentibus, floribus bilabiatis. *Caprifolium Italicum* DOD. *Purg.* p. 262. GARIDELL. T. 20. *perfoliatum* VAILLET. T. 87. *Periclymenum perfoliatum calidarum regionum* LOB. ic. 652. *Periclymenum Italicum* RIV. T. 122. *Monſpelii* &c.

H. Caprifolium fructu gemino, rubro, foliis glabris, cordatis AMMAN. *Ruthen* n. 262. Fructus gemelli, coronati calyce quinquefido, cujus dentes ſuperiores breviores ſunt. Flos amoene carneus, bilabiatus, uno ſegmento parum majori, omnibus ovatis. In *Sibiria*.

H. Caprifolium foliis connatis, floribus tubuloſis. *Periclymenum perfoliatum, Virginianum, ſemper virens & florens* HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 485. *Catalogue of Trees*. *Periclymenum Virginianum* RIV. T. 122.

FLORE-

## FLORE FRUCTUI INNATO SICCO MULTILOCULARI.

Campanula foliis aſperis, cordatis, ſerratis, calycibus hirtis, ala multiflora *Enum. Helv.* p. 490. *Campanula vulgatior, Urticae folio, major & aſperior* C. B. *Cervicaria major* DOD. *Coron.* p. 31. In ſylvis vulgaris.

β. Flore albo.

Campanula foliis ſubaſperis, longius cordatis, ſerratis, ala uniflora *Enum. Helv.* p. 491. *Campanula hortenſis, Rapunculi radice* C. B. *Cervicaria major, ſylveſtris* AICHST. *Aeſt. Ord.* I. T. 6. f. 1. Ad vias ſylvarum.

β. Flore pleno.

γ. Campanula monſtroſa, floribus abortientibus, inque folia degenerantibus. Ex *Sibiria* & in horto.

H. Campanula pyramidalis, altiſſima I. R. H. In *Boruſſia*, ſi fides HELWINGIO *in ſupplemento.*

H. Campanula capſulis quinquelocularibus, calycis ſinubus reflexis tectis ROY. *Campanula hortenſis, folio & flore oblongo* MOR. S. V. T. III. GARIDEL. T. 13. *Viola mariana* DOD. *Coron.* p. 28. bene. VAIL. T. 20.

β. Varietas flore albo & γ. flore pleno.

H. Campanula calycibus calcaratis, floribus maculoſis. *Campanula calycibus a tergo quinque lamellis notatis, caulibus unifloris* GMEL. Calyx hirſutus, aſper, plicis inter duo quaeque ſegmenta & calcaribus retroeuntibus donatus.

Flos unicus, grandis, albus, puniceis maculis notatus. In *Sibiria.*

Campanula floribus ſeſſilibus, congeſtis, latioribus foliis inſidentibus *Enum. Helv.* p. 492. *Rapunculus ſylveſtris, caeruleus, umbellatus* 2. THAL. ic. VIII. n. 2. *Campanula pratenſis, flore conglomerato* C. B. *Vor Geismar*, & *jenſeits Herperhanſen.*

β. Floribus ſingularibus.

Campanula foliis lingulatis, aſperis, ſpicis ſubrotundis, terminatricibus *Enum. Helv.* p. 492. n. 5. *Rapunculus ſylveſtris, caeruleus, umbellatus, major* THAL. ic. VIII. n. 1. Ultra *Gibbeldehauſen* in ſylva: in ſylva verſus *Duderſtatt*: in ſylva prope *Eligerode*, in M. *Auerberg*: ultra *Rheinhauſen* &c.

Campanula foliis undulatis, ſubhiſpidis, caule brachiato *Enum. Helv.* p. 494. *Rapum ſylveſtre* FUCHS, p. 214. *Campanula radice eſculenta, flore caeruleo* I. R. H. *Am Bovender Galgen.*

β. Varietas flore albo.

Campanula foliis linearibus, ſerratis, floribus diffuſis, ampliſſimis *Enum.* Helv. p. 494. *Campanula anguſtifolia, caerulea* I. B. II. p. 803. *Campanula media* DOD. *Coron.* p 37. In dumetis frequens.

β. Flore albo PASSAEI *ic. aeſt.* 14. VALLET. T. 68. *Campanula alba Perſicifolio* AICHST. *Aeſt.* Ord I. T. 8.

γ Flo-

*γ*. Flore pleno.

Campanula foliis radicalibus cordatis, ſerratis, caulinis linearibus, integris *Enum. Helv.* p 495. *Campanula rotundifolia, minor, vulgaris* C. B. *Campanula ſylveſtris, minima* DOD. *Pempt.* p. 167. In pratis, & ad vias.

*β*. Flore albo prope *Edigehauſen.*

Campanula fructu longiſſimo, flore rotato *Enum. Helv.* p. 496. *Pentagonion, Viola pentagonia* TAB. p. 316. *Campanula arvenſis, erecta* I. R. H. *Auf dem Heymberge* in ſegetibus.

H. Campanula foliis perfoliatis, floribus inferioribus apetalis. *Campanula pentagonia, perfoliata* MOR. S. V. T. 2. Inferiores flores apetali, calycibus trifidis, quadrifidis, ſupremi petalodei, majores, quinquefidi, pentaſtemones, inferiores tamen etiam absque ſtaminibus fertiles. In *Virginia*.

Rapunculus foliis imis cordatis, ſuperioribus anguſtis, ſpica cylindrica, longiſſima *Enum. Helv.* p. 498. *Rapunculus ſpicatus, flore flavescente* I. R. H. *Rapunculus corniculatus, ſpica longiore* RIVIN. *Monop. irreg.* In omnibus ſylvis.

Rapunculus foliis imis cordatis, ſuperioribus oblongis, ſpica ovali *Enum. Helv.* p. 498. *Rapuntium montanum, rarius, corniculatum* COLUMN. p. 224. In pratis inter *Blankenburg* & *Elbingerode*. In *Haſſia* prope *Blizerot* RITTER.

Jaſione LINN. *Enum. Helv.* p. 496. *Rapuntium alterum, leptophyllon, capitatum* COLUMN. *Ecphras.* p. 227. Ad vias verſus *Seeburg*, & circa *patibulum Bovendenſe*. *Gegen Rheinhauſen.*

H. Erinus COLUMN. *Phytob.* p. 31. *Monſpelii*, inque *Italia*. Calycis pars minor campanulata, ſegmenta quinque ovata, expanſa, inaequalia; Flos connivens, pene cylindricus, ſegmenta quinque ovato lanceolata, pallide caerulea, ſuperiora duo modice ab inferioribus ſeparata, Stamina quinque, filamentis triangularibus, apice praelongo. Tuba apice clavato. r.

H. Campanula Africana, Erini facie, caulibus procumbentibus *Hort. Lugd. Bat.* p. 109. *ic.* 52. *Rapuntium Aethiopicum, caeruleo, falcato flore, foliolis dentatis* BREYNE *Cent.* I. ic. 39. In *Capite bonae ſpei.* Calycis tubus brevis, conicus, ſegmenta quinque acuta, ſubulata. Flos pulchellus, caeruleus, tubo ſenſim gracileſcente. Ejus duo ſegmenta ovato lanceolata, acuta, ad angulum cum tubo floris acutum exeunt: tria vero inferiora majora deſcendunt, ovata, ſpinula terminata, lateralia majora, medium minus. In principio ſegmentorum macula alba caeruleis guttis maculata. Tubus autem adeo longe finditur in duas partes, ſuperiorem & inferiorem trifidam, ut ſuperne apertus ſit, & pro tribus petalis haberi queat. Staminum cylindrus fit ex quinque filamentis, apice confluentibus. Tuba ſine recto plumoſo. Ovarium intra calycem. . . . . .

H. Ra-

H. Rapuntium coccineum. *Cardinalis* BROSSE T. XV. RIVIN. *Monop. irregul.* T. 107.

H. Trachelium foliis ovatis, ſerratis, corymbis conpoſitis LINN. *Trachelium azureum, umbelliferum* I. R. H. PON. *bald.* p. 44. *Valeriana Urticae folio, flore violaceo* CORNUT. T. 23. r.

H. Samolus Africana, folio rotundiore WALTH. T. 23.

Pimpinella polyſtemon, pinnis ovatis, ſerratis, ſpica brevi *Enum. Helv.* p. 470. *Sanguiſorba minor* TAB. p. 110. In ſiccis.

H. Pimpinella ſanguiſorba minor, ſemine majori & craſſiori, *Monspelii.*

Pimpinella tetraſtemon ſpica breviſſima *Enum. Helv.* p. 469. P. ſive ſanguiſorba major MATTH. p. 103. *Great Burnet* PETIVER H. B. T. IV. In pratis paſſim v. g. ad *Lanum*, ubi trajicitur prope *Marburgum*. Inter *Elbingerode* & *Blankenburg.*

H. Pimpinella tetraſtemon, ſpica ovata, foliis ovatis, ſerratis. *Pimpinella Canadenſis, major, ſpica breviore, rubra, foliis levibus* MORIS. S. VIII. T. 18. *Pimpinella minore di Candia* ZANONI T. 138.

H. Pimpinella ramoſa, ſpinoſa. *Poterion ſpinis ramoſis* LINN. *Poterium* LOB. II. p. 26.

## ISOSTEMONES.
## FLORE UNIFORMI FRUCTUI CIRCUMNATO.

Aquifolium *Enum. Helv.* p. 467. MATTH. p. 161. PASS. *ic.* 24. In Cellenſium arenoſis.

Cuscuta aphyllos *Enum. Helv.* p. 469. *Cuscuta* GUETTARD. *Acad. Paris.* 1744. *Cuscuta major* C.B. *Acatsjavalli* H. MAL. T. VII. T. 44. Ad ſepes *in der Kaspuhle.*

β Cuscuta minor. *Cellae* ad Ericas.

H. Baſella H. MAL. T. VII. T. 24.

H. Pſyllium perenne, anguſtifolium & ſupinum I. R. H. *Pſyllium* CAM. *Epit.* 8 11. *Monſpelii, Minoreae.*

H. Pſyllium majus, erectum I. B. III. p. 513. *Veronae, Monſpelii,* in *Provincia, Ferrariae.*

H. Pſyllium Indicum vel Dioscoridis, foliis crenatis I. R. H. *Pſyllium laciniatis foliis* BOCC. *plant. rar.* 8. Varietas prioris. *Monſpelii.*

Plantago foliis linearibus, pinnato dentatis LINN. *Plantago foliis laciniatis, Coronopus dicta* RAY. *Icon* PLUKNETI T. 103. f. 5. pro *Plantagine maritima, brevi, lato, dentato folio, piloſo* data maxime accedit. *Seaplantain* PETIVER *Herb. Brit.* T. IV. Folia noſtrae ſerrata & non ſerrata ſunt. Ad lacum ſalſum prope *Seeburg, bey Rulsdorf.*

Plantago maritima, minima, gramineo folio, rigido I.R.H. Folia pulpoſa, ſolida, ut marinae ſolent, linearia, integra. *Am geſalzenen See bey Rülsdorf.*

Plan-

Plantago foliis lanceolatis, ſpica ſubovatâ. *Enum. Helv.* p. 471. *Plantago anguſtifolia, major* C. B. *Plantago anguſtifolia, quinquenervia* BLAKWELL. T. 14. Ubique ad vias.

H. Plantago media, incana, Virginiana, ſerratis foliis, annua MORIS. P. III. S. VIII. T. 15. f. 8 *Plantago foliis lanceolato acutis pubeſcentibus, vix denticulatis, ſpicis laxis, pubeſcentibus* GRONOV. *flor.* p. 16. Folia rariter dentata, cum ſcapis hirſuta. Florum ſpica cylindrica, qua nota a lanceolata ſatis ſimili differt. Folia calycina oblonga, hirſuta. Petala quatuor argutiſſima, ut in reliquis ſpeciebus.

Plantago foliis ovato lanceolatis, pubescentibus *Cliff. Enum. Helv.* p. 472. *Plantago latifolia, incana* C. B. *Plantaga major* MATTH. p. 484. Ad vias.

H. Plantago maxima, foliis latiſſimis, dentatis, rigidioribus, ſpica brevi, denſa. AMMAN. n. 23. In *Sibiria.* Folia ovata, brevia & ampliſſima.

Plantago foliis ovatis, glabris *Enum. Helv.* p. 472. *Plantago latifolia, ſinuata* C. B. *Plantago rubra* BRUNFELS. I. p. 25.

H. Plantago roſea. *Roſe plantain* PETIVER *herb. brit.* T. IV. Foliis inter flores longioribus ludit.

Gentiana floribus verticillatis, umbellatis, breviſſime quadrifidis. *Cruciata* DOD. *Purg.* p. 71. *Auf der Herperhuſer Wieſe* non frequens, & *im Göttingerwald.*

Gentiana floribus quadrifidis, ciliatis. *Gentianella caerulea, fimbriata, autumnalis, anguſtifolia* COLUMN. *Ecphras.*

 p. 222.

p. 222. *Gentianella caerulea, oris piloſis* RAY. In ſylvis paſſim, *im Göttinger Wald, unter Pleſſe* &c,

Gentiana foliis amplexicaulibus, floris fauce barbata *Enum. Helv.* p. 473. *Gentianella purpurea, minima* COLUMN. p. 223 *Gentiana autumnalis, ramoſa* C. B. In ſylvarum marginibus *v.* g. *aufm Helmberge.* Reperitur hic *Gottingae* ſemiquinquefido, campaniformi calyce; circa *Dorſten* vero calyce bivalvi, ob duorum ſegmentorum calycis molem multo majorem, quam ſtirpem DILLENIUS peculiari icone deſignaverat, quae cum reliquis in ejus *poſthumis* latet.

H. Gentiana caule unifloro, flore campanulato, caulis longitudine *Enum. Helv.* p. 477. *Gentianella Helvetia* LOBEL. p. 310. In montibus *Helvetiae.*

Gentiana foliis linearibus, floribus in alis ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 477. *Gentiana autumnalis, major* I. R. H. Κυανη RENEAULME p. 69. *ic.* p. 68. In *ducatus Cellenſis* locis aquoſis paſſim.

Gentiana foliis ovatis, caule unifloro, flore ſerrato. *Gentianella elegantiſſima Bavarica* CAMER. *hort. ic.* XV. n. I. In pratis udis *Sueviae* legi, inter *Stokach* & *Meſkirch*, & in horto colui. Sub calyce duo folia ovata. Calycis anguli elevati in arcum extenuati. Floris ſegmenta ſubrotunda, ſerrata, eleganter caerulea, conjuncta, auriculis bifidis concoloribus. Stamina ex imo flore nata, apicibus filiformibus. Tuba gracilis, infundibulo piloſo terminata.

Gentia-

Gentiana foliis trinerviis, ovatis, floribus umbellatis; tubo ſtrictiſſimo *Enum. Helv.* p. 475. *Centaurium minus* CAM. *Epit.* p. 428. PASS. p. 23.

β. Flore albo. *Im Eulenloche.*

γ. Centaurium minus, paluſtre, ramoſiſſimum, flore purpureo VAILL. p. 32. T. 6. f. 1. *Auſm Paradieſe.*

Gentiana caule brachiato, floribus flavis, quadrifidis, *Centauroides* MOEHRING *hort.* p. 109. *Centaureum paluſtre, luteum minimum* VAILL. T. 6. f. 3. Circa *Engeſen* verſus *Cellam* abunde. Calyx campaniformis, quadrifidus. Flos flavus ſemiquadrifidus; ſegmentis ovatis, vix patentibus. Fructus ovalis, unilocularis.

Lyſimachia foliis ovato lanceolatis, floribus ad ſummos ramos ſpicatis *Enum. Helv.* p. 480. *Lyſimachia* BLAKWELL. T. 278. *Lyſimachia lutea, major, quae Dioscoridis* I. R. H. *Um Diemern* & circa *Landolfshauſen.* Foliis binis, ternis, quaternis, quinis ludit.

H. Lyſimachia Canadenſis, lutea, folio Jalapae WALTHER. *hort.* T. 12.

H. Lyſimachia lutea, minor, floribus nigris punctis notatis v. ROYEN. p. 416. In *Brandenburgica ditione.* Flores ex alis foliorum ſolitarii, vulgari ſpeciei ſimiles, extus maculis fulvis punctati : calyx molliter hirſutus.

Lyſimachia foliis ovato lanceolatis, floribus ſolitariis, caule procumbente *Enum. Helv.* p. 481. *Anagallis luteo*

*flore* CLUS. *Pann.* p. 493. Super Hardegſen & *Münden.*

Lyſimachia foliis ſubrotundis, ſolitariis, caule procumbente *Enum. Helv.* p. 481. *Cliff. Nummularia* CAMER. *Epit.* p. 755. In udis ſylvisque.

Anagallis flore phoeniceo *Enum. Helv.* p. 481. I. R. H. *Anagallis mas* CAMER. *Epit.* p. 394.

Anagallis flore caeruleo *Enum. Helv.* p. 482. I. R. H. *Anagallis femina* CAMER. *Epit.* p. 395. *Häufig über der Papiermühle* & alibi.

Eadem, aut certe obſcure diverſa, *Anagallis caerulea Monelli* CLUS.

Primula foliis rugoſis, hirſutis, ſcapo unifloro *Enum. Helv.* p. 482. *Primula veris, floribus ex ſingularibus pediculis* C. B. Βραχυστεφονιος RENEAULME p. 116. PASS. T. 27.

*β.* Calyce florali. *Primula veris Anglica, flore gemino* PASS. *Vern.* T. VII.

Primula foliis rugoſis, hirſutis, ſpica inclinatâ, flore pallido, inodoro *Enum. Helv.* p. 483. *Primula veris, pallido flore, elatior* I. R. H. *Primula veris, altera* CAMER. *Epit* p. 884. In ſylvis.

Primula foliis rugoſis, hirſutis, ſpica inclinata, flore flavo, odoro *Enum. Helv.* p. 483. *Paralyſis* PASS. F. *alt. ic.* 73. Ανωσημων RENEAULME p. 113. In pratis. Vere diverſa eſt a priori WILLICH *obſ. bot.* p. 10.

H.

H Primula foliis ſerratis, carnoſis, glabris *Enum. Helv.* p. 484. *Cliff. Auricula urſi flore luteo* I. R. H. Αλισμα COLUMN. *Phytobas.* p. 17.

Varietates flore purpureo & aliorum colorum pinxit PASSAEUS T. 8. *Vern.* & in *heſperidibus* VOLCAMERUS c. I. n. 66. & VALLET. T. 85. Patria in *Alpibus* eſt.

Alſinanthemum OELHAFEN *Elench.* p. 10. ic. AMMAN. *Comm. Petr.* T. X. T. 13. Abunde in ſylvis ſuper *Hardegſen.* In ſylva *die Sprake* & alibi in *ducatu Cellenſi.* Sub pago *Waaken* in rupe ad dextra viae regiae. In *ſylva hercynia* ubique.

H. Androſace vulgaris, latifolia, annua I. R. H. *Androſace altera* CAMER. *Epit.* p. 639. MATTH. CLUS CXXXIV. Circa *Moguntiam.*

H. Androſace Coronopi folio, glabra, floſculis ex verticilli folioſi umbilico plurimis albis AMMAN. *Ruthen.* n. 22. *Androſace montana, minor* BUXBAUM II. T. 23. f. 2. Corolla ex quinque glandulis virentibus in fauce floris. In *Sibiria.*

Glaux maritima LOB. ic. p. 415. Maxima copia prope *Harſte aufm Pfingſtanger.*

Hottonia BOERH. *Myriophyllon alterum* CAMER. *Epit.* p. 879. In udis *Cellenſibus.*

Meno-

Menoanthes foliis ternatis *Enum. Helv.* p. 487. *Acora Dioſcoridis* H. OX. III. S. XV. T. 2. In pratis circa *Diemern.* Abunde circa *Seeburg* & *Landolfshauſen*, & inter *Harſte* & *Barenſen*. Ad Idam Cretae.

H. Plumbago Ceylanica, folio ſplendente, Ocymaſtri flore luteo BOERHAAVE *Hort. Lugd. Bat.* *Lychnis Indica, ſpicato fructu, majori, flaveſcente* H. AMST. I. f. 54. *Tumboco-diveli* H. MAL. L. X. T. 8. *Accar Binaſſa* RUMPF. In Amboina.

H. Quamoclit Americanum, foliis Hederae, flore coccineo COMMEL. *ic.* 21. *Convolvulus flore coccineo, calyce anguloſo* PLUM. *fouger.* 103.

H. Quamoclit CAM. *hort.* f. 40. *Gelſemino Indiano pennato* PON. *Bald.* p. 71. *Convolvulus Indicus pennatus* MUNTING. *ic.* f. 239. *Tsjuria Cranti* H. MAL. XI. T. 60. r.

H. Convolvulus calycibus tuberculatis, piloſis LINN. *Convolvulus Indicus, flore violaceo* AICHST. *Aeſt.* Ord. XIII. T. 8. f. 2. *Haylala Riru* RUMPF. L. IX. 57. In Amboina pro ſapone in uſu eſt. Tubae finis obtuſe trifidus, non, ut in aliis Convolvulis, bifidus.

β. δ. Flore roſeo, albo.

H. Convolvulus caeruleus, hederaceo, anguloſo folio *Hort. Elth.* T. 69. *Campana caerulea* DOD. *Purg.* p. 223.

In

In BROSSAEI *tabulis* pingitur. Tuba ſimplex, ſine craſſo fungoſo finita, non bifida. Conjungit adeo & haec & prior Quamolit cum Convolvulo. In *Virginia.*

Convolvulus foliis ſagittatis, anguloſis, petiolis unifloris *Enum. Helv.* p. 488. *Convolvulus major, albus* C. B. *Smilax levis, major.* DOD. *Purg.* p. 210. In ſepibus ubique.

Convolvulus foliis ſagittatis, petiolis unifloris, biflorisque *Enum. Helv.* p. 489. *Volubilis minor* PASS. *ic.* 77. In agris & hortis.

H. Convolvulus foliis ovato lanceolatis, duobus foliis flori ſubſtratis *Convolvulus ſiculus minor, flore parvo, auriculato* BOCC. *ſic.* 89. *Convolvulus ſiculus, flore caeruleo, minimo* MUNTING ic. 138.

H. Convolvulus foliis ſagittatis, poſtice truncatis, pedunculis ramoſis, bifloris ROY. *Scammonium* DOD. *Purg.* p. 206. *Convolvulus Syriacus* vel *Scammonea Syriaca* MOR. II. S. I. T. 3. f. 5. Calyx quinque foliis imbricatis fit, ariſtatis; flos exiguus, pallide roſeus, ſtella notatus, de more; tuba bifida; ſtaminum filamenta baſi lata. r.

H. Convolvulus minor, pentaphyllos MUNTING. *ic.* 137. r.

H. Convolvulus foliis lanceolato ovatis, glabris, caule declinato, floribus ſolitariis LINN. *Campanula exotica* ALD. 88. *Convolvulus Hiſpanicus* MUNT. f. 136.

*β.* Flore albo.

H.

H. Convolvulus minimus, Spicae folio, vel Stoechadis citrinae, aut Linariae LOB. *ic.* p. 622. *Convolvulus Spicae folio, radice repente, argenteus I. R. H. Monſpelii, Veronae.*

Stramonium fructu erecto, calyce pentagono *Enum. Helv.* p 489. *Solanum manicum Dioſcoridis* COLUMN. *Phytobas.* p. 47, *Solanum foetidum, pomo ſpinoſo, oblongo* C. B. *Hummatu* H. MAL. T. II. f. 28.

H. β. Flore & caule violaceo. *Stramonium majus, purpureum* PARK. Varietas prioris, ex cujus ſemine exemtum de feminae ventriculos quam occiderat, non adeo dudum mihi miſſum eſt.

H. Stramonium calyce pentagono, fructu pendulo, ſpinis rigidis aculeato; *Stramonium ferox* BOCC. *ſic.* p. 5. *Dattura di coccino ſpinoſiſſimo* ZANONI T. 162. Calyx pentagonus. Flos luteolus, ſegmentis in mucrones eductis: fructus ſphaericus, pendulus, aculeis longis, validis armatus.

H. Stramonium fructu pendulo, calyce campaniformi. *Stramonium fructu ſpinoſo, rotundo, flore albo, ſimplici* I. R. H. *Nux metella* CAMER. *Epit.* p. 173.

H. Stramonium fructu papillato. *Stramonium folio Hyoscyami, flore toto candido, fructu propendente, rotundo innoxiis ſpinis armato* BOERH. ſed noſtro flos extus violaceus eſt. Calyx teres, ut in praecedente. Flos albus, extus violaceus, praegrandis, polygonius, decem etiam aculeis terminatus. Stamina quinque ad octo. Fructus

ctus delapſo calyce rotundus, papillis teretibus obſitus, absque aculeis.

H. Stramonium Aegyptiacum, flore pleno, intus albo, extus violaceo I. R. H. *Datura overo ſtramoneo d'Egitto con ſior pieno* PON. *Bald.* p. 61. *Datura contarena* P. ALP. *exot.* 167. *Datura Aegyptiaca* VESLING. p. 58. r.

H. Polemonium LINN. *Enum. Helv.* p. 490. *Valeriana Graeca* DOD. p. 352. flore caeruleo. In *Helvetia, Laponia, Haſſia,* quae ad *Riedeſelios* pertinet, prope *Rokenrein*, In *Hibernia, Boruſſia* WIGAND.

β. Flore albo.

H. Maurocena LINN. *Frangula ſemper virens, folio rigido, ſubrotundo* H. *Elth.* T. 121. In capite bonae ſpei.

H. Coffea BLAKWELL. T. 337. TREW *Comm. Nor.* 1745. *hebd.* 52. IUSSIEU *Mem.* 1713. p. 388. Sponte in Inſula *Bourbon.*

H. Lycium foliis cuneiformibus *Cliff. Rhamnus* I. CLUS. *hiſp.* p. 67. *Monspelii*, & in *Italia, Palaeſtina.*

H. Jasminoides aculeatum, humile, Halimi minoris folio, flore majori, violaceo, fructu craſſiore, per maturitatem flaveſcente MICHELI T. 105. f. 2. In *Italia.* Utramque in rarioribus ſuis depictam dedit, & diſcrimen expreſſit TREWIUS. C U-

## CUCURBITACEAE.

Bryonia foliis quinquangulis, ſcabris *Enum. Helv.* p. *Bryonia baccis nigris* CORD. *Northemi*, inde in hortum adlata.

H. Bryonia Africana, laciniata, tuberoſa radice, floribus herbaceis *Hort. Lugd. Bat.* T. 108.

H. Bryonia Ceylanica, fructu rubro, majori, ſtriis albis variegato. Picta eſt in H. MAL. T. VIII. Tab. 19. r.

H. Bryonia floribus androgynis. *Melothria* LINN. *Cucumis minima, fructu ovato, minimo* SLOANE *Jamaic.* I. p. 227. T. 142. f. 1. bene. Omnibus floribus ſubjicitur bacca ovalis, triſpermos, ut Bryoniae. Calyx minimus, florali tubo adhaerens. Flos campaniformis, ſegmentis quinque ellipticis, transverſim latioribus. Stamina in tubo florali pene ſeſſilia, duo duplicia, unum ſimplex. Tuba apice pyramidali, triquetra. Sexus ſolus genus non facit. In *Virginia*. r.

H. Sicyoides TOURN. *Cucumis Canadenſis, monoſpermos, fructu echinato* HERM. *Parad.* p. 132. Fructus monoſpermos, conpreſſus, ovato conicus r.

H. Melo minimus, pomo non major, ſphaericus. Ex *Perſia*. Flores mares & androgyni.

H. Melonis vulgaris edulis varietates.

H. Cu-

H. Cucurbita falcata figura, folio molli, flore albo I. R. H.

H. Cucumis foliorum angulis rectis *Cliff. Cucumis ſativus* BLAKWELL. T. 4. *Mullen Bellerè* H. MAL. T. VIII. T. 6. aut hic, aut proxima planta eſt.

H. Luffa. *Piurina* H. MAL. T. VIII. T. 7. *Luffa Arabum* VESLING. p. 52. r.

H. Luffa pomis oblongis, angulatis, angulis acutis. Ex *Perſia*. Durior paulum priori & minus ſericea r.

H. Colocynthis LOB. *ic.* p. 644. *Caipa Schna* H. MAL. T. VIII. T. 9. In *Palaeſtina*, *Barbados*, *America*, *Malabaria*, *Arabia* MONCONIS.

H. Momordica vulgaris I. R. H. *Balſamine major, fructu puniceo* AICHST. *Aut. Ord.* I. T. 4. Flos mas campaniformis, venoſus, profunde quinquefidus, vel omnino diſtincta quinque minora petala. Stamina de more tria, quorum duo duplices antheras ferunt. Inter ſtamina fovea balſamo plena. Flori feminae tria ſtamina abortiva, & tuba tripartita, duabus de more partibus duplicibus. Ovarium coronatum aculeis aliquot ſerierum.

H. Momordica Ceylanica VOLCAM. *heſp.* p. 244. *Balſamine cucumerina, Indica, fructu majore, flaveſcente* H.

O AMST

AMST. T. I, f. 54. *Herba amara* RUMPF. L. IX. c. 46. *Pandipavel* H. MAL. T. VIII. T. 9. Fructus in quatuor partes diſſilit, & ſemina continet ad duodecim. r.

H. Elaterium. *Cucumis ſylveſtris* DOD. *Purg.* p. 179.

H. Paſſiflora foliis palmatis, quinquepartitis, integerrimis, involucris cordatis, triphyllis LINN. *Clematitis Indica, polyphylla, major, flore clavato, fructu Colocynthidis* PLUMIER *pl. de l'Amer.* T. 79. Ordo primus patulus albo caeruleorum ſolidorum cylindrorum, non nectariorum. Alter brevis ordo albo fuſcus, erectus; tertius albo purpureus ad tubam convergens. Petala albida, ſubviridia. Calyx exterior trifolius. ovalis.

β. Varietas. Clematitis paſſiflora pentaphyllos, anguſtifolia MUNTING. T. 165. Flos minor, albus cum pallido virore, & radii diluiſſime caerulei.

H. Paſſiflora foliis crenatis, tripartito diviſis PLUKN. *Granadilla flos paſſionis* HERNANDEZ. *Clematitis paſſiflora trifolia, purpurea* MUNTING. T. 160. In *Virginia.* Petala alba, calyx viridis, intus albus. Radii exteriores albi, ſine purpureo; interiores breviores, intimus circulus albus membranaceus, petiolum ambiens.

H. Paſſiflora (*Granadilla*) folio tricuſpide flore parvo, flaveſcente I. R. H. *Clematis paſſiflora, flore luteo* MUNTING T. 161. Calyx ad baſin quinquefidus, continuus, vireſcens. Petala quinque albicantia, lanceolata, calyce brevi-

breviora. Filamenta prima patula, alba ex viridi, reliqua erecta, magis alba. Odor floris gratus.

H. Paſſiflora florum involucris triphyllis, multifidis, capillaribus LINN. *Clematitis Indica, hirſuta, foetida* PLUMIER *plant. de l'Amer.* T. 86. *Flos paſſionis albus* HERMANN. *Parad. Bat.* p. 173. Folia ſub flore pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis rectis, acutis. Flos ſemipatulus, calycis foliis aculeo terminatis, albis, tribus lineis virentibus percurſis. Petala alba absque unco, linea viridi percurſa. Filamenta duorum ordinum alba, patula, pauco violaceo, intus picta.

H. Paſſiflora. Habitus & teneritas prioris, ſed folia inferiora ternata, ſuperiora ſimplicia, omnia ovato lanceolata. Nondum floruit.

## SOLANACEAE.

H. Jalapa minor, purpurea. MUNT. *ic.* 67. &c. *Jasminum Indicum, ſive Flos mirabilis Peruvianus* AICHST. *Aut. Ord.* II. T. 4. *Andi Malleri* H. MAL. T. X. T. 75. In BROSSAEI *tabulis* n. X.

H. Phytolacca fructu petiolato decemfido. *Blitum Americanum* MUNTING. *ic.* 112. conf. H. *Elth.* p. 310. *Amaranthus baccifer, Circeae foliis* H. AMST. I. f. 66.

O 2 Sponte

Sponte nunc in *Italia* ad *Arnum* fluv. & circa *Mediolanum* provenit, Virginiae indigena.

H. Phytolacca Mexicana, baccis ſeſſilibus H. *Elth.* *Sjoriku S. Jamma Gobo* KAEMPFER p. 828. Diverſa flore viridi, fructu paucioribus, octo fere ſtriis diviſo, patulo breviſſimo. Diploſtemon & pentapetala, ob adfinitatem habitus cum Solanis relinquitur.

Belladonna *Enum. Helv.* p. 509. *Solanum lethale* DOD. *Purg.* p. 360. In M. *Hengſt.* ſylva *Göttinger Wald* &c.

Solanum foliis aliis trifidis, aliis ſimplicibus *Enum. Helv.* p. 507. *Dulcamara* DOD. *Purg.* p. 239. *Solanum ſcandens, ſive Dulcamara* C. B.

*α*. Solanum lignoſum variegatum MUNTING. f. 156.

*β*. Flore albo prope *Walkenried* ad ſtagnum.

Solanum foliis anguloſis, undulatis, caule levi *Enum. Helv.* p. 507. *Solanum hortenſe* DOD. *Purg.* p. 352. *Solanum officinarum, acinis nigricantibus* C. B. *Aguara Luipa* MARCGRAF p. 55. Ubique in hortis & ad vias.

H. Solanum Guineenſe, fructu magno, inſtar Ceraſi, nigerrimo, umbellato H. *Elth.* T. 274. *Icon* BROSSEI T. 13. Flos a quinque ad octo usque ſegmenta habet, extus violaceus. Parum utique differt a vulgari.

H. Solanum annuum, hirſutius, baccis luteis *Elth.* T. 274. f. 358. Multo tenerius, & hirſutius priori. Circa *Argentinam* *β*. Bac-

*β.* Baccis puniceis. *Nelenſjunda* H. MAL. T. X. T. 73. r.

H. Solanum fruteſcens, villoſum, foliis undulatis, mollibus, ſubtus incanis, ſpinis flaveſcentibus ornatum BURMAN *Ceylan.* T. 102. *Solanum Indicum; fruteſcens, foliis ſinuatis, incanis & tomentoſis, ſolo caule ſpinoſo, baccis rubris, minoribus* H. *Carolsrh.* n. 487. Videtur. An *Cherua hunda* H. MAL. T. II. f. 36. Non recedit, nec *Chunda* f. 37. In BROSSAEI *tabulis* pingitur n. 12. An *Solatro pomifero ſpinoſo* ZANONI T. 157. Videtur.

H. Solanum ſpinoſiſſimum, arboreſcens, Aethiopicum MUNTING. f. 212. *Solanum ſpinoſum, fruteſcens, Africanum, nigricans, folio profunde laciniato* H. L. B. p. 575.

H. Solanum caule inermi, fruticoſo, foliis ovato lanceolatis, integerrimis, floribus ſolitariis *Cliff. Solanum fruticoſum, bacciferum. Amomum Plinii* I. R. H. *Pſeudocapſicum* DOD. *Purg.* p. 462.

H. Solanum lignoſum, Africanum, ſempervirens, Laurinis foliis H. AMST. II. f. 96. p. 191. r.

H. Solanum foliis ovato lanceolatis, fructu calloſo, ſtriato. *Lycoperſicon fructu ſtriato, duro,* cum quo nomine accepi. Habitus Capſici & Solani, foliis ovato lanceolatis, non pinnatis. Flos rotatus, ſemiquinquefidus, ſegmentis acutis, albis. Apices in longum cornu educti, circa tubam conjuncti. Tuba ſimplex, cylindrica. Fructus rotundus, inaequaliter ſtriatus, calloſus, magnus.

 *H.* So-

H. Solanum caule inermi, herbaceo, foliis pinnatis, inciſis *Cliff. Poma amoris, fructu luteo* AICHST. *Aut. Ord.* I. T. I. f. 1. *Aurea mala.* DOD. *Purg.* p. 965.

H. Lycoperſicon fructu rubro, non ſtriato I. R. H. *Poma amoris, fructu rubro, non ſtriato* AICHST. *Aut. Ord.* I. f. 2.

H. Solanum caule inermi, herbaceo, foliis pinnatis, integerrimis *Cliff. Papas Peruanorum* AICHST. *Aut. Ord.* III. T. I. f. 1.

H. Solanum foliis ovatis, integerrimis, calycibus aculeatis LINN. *Mala inſana* DOD. *Purg.* p. 367. *Melongena fructu oblongo, luteo.*

β. Fructu rubro, longiſſimo &c *Icon* H. MAL. X. T. 74. huc pertinet, & *Melanzana* VOLCAM. *heſperid.* p. 244. Reperi flore frequenter octofido cum octo ſtaminibus.

Alkekengi foliis cordatis, calyce rubente *Enum. Helv.* p. 508. *Solanum veſicarium* DOD. *Purg.* p. 355. C. B. Ubi ad montem ſuper *Edigehauſen* per ſemitam umbroſam adſcenditur.

H. Alkekengi Indicum CAMER. *Halicacabum ſive Solanum Indicum* CAMER. *hort. ic.* 17. *Alkekengi Indicum, glabrum, Chenopodii ſolio* ELTH. 15. T. 12. Exſtat in H. MAL. X. T. 70. *Halicacabus* BONT. L. VI. c. 13. Noſtrum a ſequente non differt, etſi elatius videatur, & minori folio, minusque brachiato caule.

H. Alke-

H. Alkekengi Virginianum, fructu luteo. *Capuli* FEUILL. T. III. T. 1. *Solanum veſicarium, annuum, procumbens, folio lanuginoſo* MORIS. S. XIII. T. 8. f. 24. *Solanum annuum, veſicarium, procumbens* BARR. 152. Non procumbit, ſed caule eſt patulo. Parum omnino diverſum a priori.

H. Alkekengi Indicum, glabrum, Capſici folio *Elth.* 12. T. 11. An *Solanum veſicarium minus, bacca lutea* BARR. 1129. Videtur. Huic maculae in ortu ſegmentorum floris flavae.

H. Alkekengi fruticoſum, floribus verticillatis. *Solanum verticillatum* I. B. III. 610. *Peevetti* H. MAL. T. IV. T. 55. In *Syria* POCOCK.

H. Capſicum ſiliquis longis, propendentibus, purpureis. *Piper Indicum* CAM. *Epit.* p. 347. Varietates ſunt fructu longiore & breviore.

H. Capſicum fructu flavo, pyramidali, oblongo. I.R.H.

H. Capſicum ſiliqua latiore & rotundiore I. R. H. an *fructu orbiculari* CAM. *Epit.* p. 348. an *Piper Indicum, aureum, latum* AICHST. *Aut. Ord.* IX. T. 2. r.

H. Capſicum fructu parvo, rotundo, acerrimo. an *Piper Indicum, maximum, rotundum, erectum* AICHST. *Aut. Ord.* I. T. XI. *Capſicum ſiliquis ſurrectis, rotundis* I. R. H.

H. Capſicum Americanum, fructu luteo, minimo. Hujusmodi eſt *Capo molago* H. MAL. II. f. 56. r.

H. Capſicum Americanum, perenne. erectum, minus LIND. *fructu parvo, conico.* An *Piper Indicum, minimum, erectum* AICHST. *Aut. Ord*, I. T, 8. *Capſicum ſiliquis ſurrectis, oblongis* I. R. H.

H. Capſicum fructu cordiformi, erecto. *Icon* eſt in CAMER. *Epit*, p. 348. an *Piper Indicum, cordatum* AICHST. *Aut*, *Ord*. I. T, 13.

H. Capſicum Canarienſe - - - . Cum hoc nomine miſſum videtur diverſum, tenerius, flore quam reliquae ſpecies minori, rotato. Capſicorum caeterum varietates vide apud CLUSIUM in *app.* & apud de BRY. II. T. 146.

Verbascum foliis ovato lanceolatis, utrinque tomentoſis, floribus denſiſſime ſpicatis, ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 509. *Verbascum* PASS. *ic.* 34. *Verbascum mas, latifolium, luteum* C. B. Ubique ad vias. Stigma ſimplex.

β. Flore majori, ſtigmate bicolli WILLICH. p. 10 *Verbascum mas, latifolium, luteum* C. B. *Verbascum* I CAM. *Epit*. p. 878. *Cellae* in arenoſis.

Verbascum foliis ſerratis, ſuperne rugoſis, petiolis ramoſis *Enum. Helv.* p 510. *Verbascum album* II. TAB. p 864. *Verbascum flore albo, parvo* C. B. Non valde frequens.

Verbascum foliis viridibus, annuum, floribus luteis *Hort. Lugd. Bat.* Folia ſubhirſuta, virentia: calyx tomentoſus: caulis non alatus: flos luteus, ſeſſilis. Segmenta

menta duo ſuperiora parva, inde duo mediocria, imum maximum. Stamen ſupremum minimum, reliqua ſucceſſive majora, ſurſum recurva, filamentis pallidis, barbata. Tuba ſurſum flexa. r.

Verbaſcum foliis ſerratis, ſuperne rugoſis, inferne ſub. hirſutis, petiolis ramoſis, ſtaminum barba purpurascente *Enum. Helv.* p. 511. *Verbaſcum nigrum* TRAG. p. 217. *Verbaſcum nigrum, flore ex luteo purpurascente* C. B. Ultra *Webnde* ad viam verſus *Papiermühle*.

Verbaſcum foliis glabris, ſerrato dentatis, radicalibus ſinuatis ROY. *Enum. Helv.* p. 511. *Blattaria lutea* CAMER. *Epit.* p. 881. *Blattaria lutea, folio oblongo, laciniato* C. B. Ad *Rhenum* paſſim, ut circa *Druſenheim Alſatiae*, etiam in *Helvetia calidiori* & *Belgio, Anglia, Cornwallia*.

H. Verbaſcum foliis glabris, indiviſis ROY. *Blattaria flore albo*. In *Ungaria*.

β. Blattaria flore violaceo. *Blattaria perennis, purpurea* MORIS. S. V. T. 10. In *Hungaria* POCOCK. In *Hetruria* TARGIONI, in M. *Klozberg* ROYER. & *Seeberg* ID, ſi fides haberi poteſt.

H. Verbaſcum tetraſtemon. *Celſia* LINN. *Blattaria di Dalmatia annua* ZANONI T. 34. Ob ſolum ſtaminum numerum ſeparare vetat natura, exemplo *Alſines, Geranii*. &c.

Hyoſcyamus foliis amplexicaulibus *Cliff. Enum. Helv.* p. 512. *Hyoſcyamus vulgaris vel niger* C. B. *Hyoſcyamus flavus* FUCHS. p. 833. Ad vias.

H. Hyoſ-

H. Hyoscyamus albus I. B. CAMER. *Epit.* p. 808. AICHST. *Aeſt. Ord.* VIII. T. 8. f. 2. *Monspelii*, & in *Hetruria.*

H. Hyoscyamus foliis crispis, cordatis, circumſerratis, floribus petiolatis. *Hyoscyamus Creticus, luteus, minor* I. R. H. *Hyoscyamus aureus* P. ALPIN. *exot.* p. 98. *Hyoscyamus flore luteo* RIV. T. 102. In *Creta. Arabia, Monspelii.* Tubus calycis longus, villoſus, quinque dentibus triangularibus inciſus; tubus floris perinde longus, croceus, ſegmenta quinque inaequalia. In convexitate tubi floris tria ſegmenta flava, in origine ſua ſatnrate purpurea, duo inferiora pallentia, ſubovata, lacera. Folia valde crispa, inodora.

H. Hyoscyamus annuus, calycibus ſpinoſis. Ex *Perſia* GMELIN. Calycis campaniformis ſegmenta quinque inaequaliter diſpoſita, argute ariſtata. Flos profunde diviſus, flavus, unguibus purpureis. r.

H. Nicotiana foliis lanceolatis *Cliff. Nicotiana major, latifolia* C. B. *Hyoscyamus Peruvianus* CAMER. *Epit.* p. 810. DOD. *Purg.* p. 349. In BROSSAEI *tabb.* pingitur VIII. In *Virginia.*

H. Nicotiana foliis ovatis *Cliff. Nicotiana minor* AICHST. *Aut. Ord.* IX. T. 3. C. B. *Hyoscyamus luteus* DOD. *Purg.* p. 346.

H. Nicotiana Virginiana, anguſtifolia.

H. Nicotiana perennis ſinica? an ſatis diverſae? Nondum mihi videtur.

H. Ni-

H. Nicotiana minor, folio cordiformi (*obtuſo*) tubo floris praelongo FEUILLEE T. I. *Tab.* X. Calyx tubuloſus, ſegmentis quinque acutis. Flos praelongus & valde gracilis, viridis, pene cylindricus, additamento florali pentagonio ornatus, quinque locis plicato, fere ut Quamoclit. Tuba craſſa, obiter diviſa. Habitus humilis & planta multum a reliquis ſpeciebus diverſa.

H. Nicotiana foliis rotundis, majoribus, rugoſis. Nondum floruit.

## ASPERIFOLIAE.

Echium foliis lingulatis, hispidis, ex ſingulis alis florens *Enum. Helv.* p. 513. *Echium* MATTH. p. 996. RIV. *mon irreg.* T. 7. Varietates,

β. Flore rubro in *Vallo urbis.*

γ. Flore albo circa *Rauſchenwaſſer* reperi.

H. Echium foliis ovatis, caule brachiato, *Echium latifolium, rubrum, Creticum* I. B. *Echium Creticum* I. CLUS. *hiſt.* CLXIV. *Monspelii.* Calyx difformis, ſegmento ſupremo minimo. Flos quaſi bilabiatus, oblique retrorſum truncatus, ſuperne longus, inferne brevis. Segmenta duo ſuperiora parva, lateralia duo longiora, imum ovato acuminatum. Stamina inaequalia. Tuba fine bicorni. Semen incurvum, acuminatum, hinc convexum, inde acute planis inclinatis coeuns, baſi quadrangulari.

H. Ce-

H. Cerinthe foliis caulem amplexantibus, dentibus floris revolutis, breviſſimis *Enum. Helv.* p. 515. *Cerinthe quorumdam* CLUS. *hiſp.* p. 410.

α Cerinthe quorumdam major, flore ex rubro purpurascente I. B. III. p. 603. In *Alpibus Helveticis*; *Hiſpania*, *Luſitania*.

β. Cerinthe quorumdam major, ſpinoſo folio flore flavo I. B. III. p. 602. *Cerinthe* MARTIN *Georg.* p. 408. *ic.* In *Italia:*

γ. Cerinthe quorumdam minor, flore flavo I. B. III. p. 603. *Veronae.* In *Hungaria* POCOCK.

Cerinthe floribus ſemiquinquefidis. *Glaſtum montanum Lugd.* p. 1204. Abunde circa *Jenam* ad radicem M. *Kunitzberg. Ulmae* LEOPOLD. Segmenta anguſta, triangularia, non revoluta, ad tertiam partem florem dividunt, qui totus ochroleucus eſt.

Symphytum foliis ovato lanceolatis, caule alato *Enum. Helv.* p. 514. *Symphytum ſive Conſolida major, flore albo vel pallido* I. R. H. *Wallwurz weiblein* BRUNFELS I. p. 76. In omnibus pratis.

β. Flore purpureo. *Wallwurz männlein* BRUNFELS p. 75. In *Helvetia* frequens, in *Halberſtadienſi Epiſcopatu* ROYER.

Pulmonaria foliis radicalibus ovato cordatis *Enum. Helv.* p. 516. *Pulmonaria altera* CAMER. *Epit.* p. 784. In ſylvis paſſim.

Litho-

Lithoſpermum ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus LINN. *Enum. Helv.* p.518. *Bugloſſum arvenſe, annuum, Lithoſpermi folio* I. R. H. *Anchuſa arvenſis, minor, facie Milii folis* TAB. p. 849. Ubique in agris.

H. Lithoſpermum foliis nervoſis, rigidis, floribus in alis ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 518. In *Helvetia* ubique fere ſponte, abunde circa *Gäbisdorf, Mathod,* &c.

Lithoſpermum caulibus ſterilibus procumbentibus radicatis, floriferis erectis *Enum. Helv.* p. 417. *Lithoſpermum minus, repens, latifolium* I. R. H. *Lithoſpermum majus* DOD. *hiſt.* p. 83. *Blue Gromill* PETIVER. T. 29. Copioſiſſime *im Walde, jenſeit Groſſen Schneen,* & in M. *Hengſt* ſupra viam regiam. Calycis ſegmenta ad baſin diviſa, gracillima. Flos longe eminens, tubo cylindrico, ſegmentis quinque ovato lanceolatis. Plicae coronam faciunt, concolores, extrorſum recedentes, infra quas altera corona eſt, ex tumoribus lateralibus ſe contingentibus facta. Tuba ſimpliciſſima. Semina ſimilia.

Scorpiurus annuus, flore parvo *Enum. Helv.* p. 519. *Lithoſpermum arvenſe, minus* TOURN. *Auricula muris, caerulea* TABERN. p. 197. Specimina minora fere tota lutea ſunt. In agris, pratisque &c.

Scorpiurus perennis, floribus majoribus *Enum. Helv.* p. 520 *Lithoſpermum paluſtre minus* TOURN. *Anagallis aquatica* PASS. P. *alt. ic.* 49. *Scorpiurus paluſtris, perennis, minor*

*& hu-*

*& humilior* ZANONI T. 152. Flore rubro & albo ludit.

β. Varietas in ſiccis, aſperior. *Myoſotis ſcorpioides, hirſuta* DILL. apud RAI. *Syn.* III. p. 229. T. 9. f. 2.

H. Heliotropium foliis ovatis, integerrimis, ſpicis conjunctis *Enum. Helv.* p. 520. *Heliotropium majus* CLUS. p. XLVI. In *Helvetia*: in *Syria* RAUWOLF.

β. Flore majori odorato. *Heliotropium ſiculum, majus, flore amplo, odorato* BOCCONE *Sic.* p. 91. Circa *Mathod* abunde.

H. Heliotropium foliis ovatis, acutis, ſpicis ſolitariis LINN. *Heliotropium Americanum, caeruleum, folio Hormini* PLUKN. *Almag* T. 255. f. 4. *Heliotropium Americanum folio Hormini* MARCHANT p. 275. *Jaura Acanga* PISONIS p. 229. Semina duo bilocularia, ut in Cerinthe.

H. Heliotropium foliis lanceolatis, linearibus, glabris ſpicis conjunctis LINN. *Heliotropium maritimum, minus, folio glauco, flore albo* SLOANE *Hiſt.* I. p. 213. T. 132. f. 3.

Cynogloſſum glandulis glabris, ſeminibus nudis, hiſpidis *Enum. Helv.* p. 521. *Cynogloſſa montana, minor, altera, ſerotina* COLUMN. *Ecphras* p. 180. *Guettardia* MANETTI *Virid. flor.* p. 36. *Bugloſſum anguſtifolium, ſemine echinato* I. R. H. Circa *Pleſs* ad viam. *Auf der Gartenmauer*

*maner an Azenheims Garten* &c. Flos exiguus, calyce comprehenſus, pallide caeruleus.

Cynogloſſum foliis mollibus, hirſutis, glandulis villoſis, capſulis echinatis *Enum. Helv.* p. 521. *Cynogloſſa* BLAKWELL. T. 249. Ad vias frequens.

β. Flore albo.

H. Cynogloſſum foliis ſericeis, palis hirſutis, cylindricis *Cynogloſſum Creticum, argenteo, anguſto folio* GARID. *ic.* 27. MOR. S. XI. T. 30. *Cynogloſſum Creticum* CLUS. p. CLXII. *Monspelii.* Pali in tota claſſe longiſſimi.

Cynogloſſum foliis aſperis, capſulis echinatis *Enum. Helv.* p. 522. *Cynogloſſum montanum, flore minore, folio virenti* I. R. H. In M. *Herzberg* ſuper *Ilefeldam* ad rupes. Pali longiores, quam vulgari, & emarginati.

H. Omphalodes verna, Symphyti folio *Symphytum pumilum, repens, Borraginis facie* LOB. *ic.* p. 577.

H. Omphalodes Luſitanica, Lini folio. *Cynogloſſum minus, glaucum, flore albo, ſemine umbilicato* MORIS. S.XI. T. 30.

Aſperugo RUPP. *Enum. Helv.* p. 522. *Borrago minor, ſylveſtris καρποχνοτους* COLUMN. p. 181. *Bugloſſum ſylveſtre, caulibus procumbentibus* C. B. In vallo urbis *aufm Wehnder Thor.*

Lyco-

Lycopſis foliis lingulatis, ſinuatis, aſperis, caeruleo flore *Enum. Helv.* p. 523. *Echioides* RIV. T. 7. *Bugloſſum ſylveſtre, minus* C. B. *Auf Aekern zwiſchen Bovenden und Edigehauſen.*

H. Lycopſis foliis hiſpidis, verrucoſis, flore variegato. *Bugloſſoides Cretica* RIV. T. 9. *Bugloſſoides verrucoſa, minor* MUNTING. f. 116. *Borragine murale con fior odorato* ZANONI T. 37.

Lycopſis flore pullo, calycibus amplis. *Echioides flore pullo* RIV. *in icon.* T. 8. *Echium* I. CLUS. p. 679. *Bugloſſum alterum, flore nigro* MATTHIOL. p. 1188. *Borragine ſylveſtre annua di Candia* ZANONI T. 38. Circa *Viennam.* Copioſe in *Thuringia* verſus *Sulze*, circa *Eisleben*, inde in via verſus *Querfurt, Bebra, Laucha, Wiebe* indeque verſus *Artern*, *Jenae* circa *Borſtendorf* &c. In *Pannonia.* Calyx paulum difformis, duobus dentibus latioribus. Floris tubus rectus, altero latere ventricoſus, limbo tamen perpendiculari, ſegmento uno ſolitario minori, duobus imis majoribus. Ornamenta quinque piloſa in fauce. Tuba calyce brevior, fine leviter bifido.

Bugloſſum floribus longe ſpicatis *Enum. Helv.* p. 523. *Bugloſſum vulgare* CAM. *Epit.* p. 915. Circa *Jenam* in omnibus pratis. *Hannoverae.*

H. Borrago ſempervirens, major MUNTING f. 117. Verum Bugloſſum, unice foliis aſperis utcunque Borragini adfine.

H. Bor-

Borrago calycibus patentibus *Enum. Helv.* p. 524. LINN. *Borago* BLAKWELL T. 36. PASS. *ic. alt.* n. 79. Sponte nunc in hortis.

β. Floribus albis.

H. Borrago radice perenni, flore reflexo. Differt a vulgari defectu unguium & longiori tubo floris. r.

H. Borrago calycinis foliis ſagittatis, erectis *Cliff.* 45. *Borraginoides anguſtifolia, flore caeruleo, pallescente* BOERH. I. p. 188. *Cynogloſſoides folio caulem amplexante, Mem de l' Acad. des Scienc.* 1718. p. 333. In *Creta.* Flos unice maculis in ortu ſegmentorum notatus, absque unguibus aut palis. r.

H. Tournefortia LINN. *Pittonia arborescens, Chamaedryfolia, major* PLUMIER *Nov. gen.* T. 3.

## DICARPAE.

H. Periploca foliis oblongis I. R. H. *Scammonei Monspelienſis varietas* LOBEL. *ic.* p. 621. *Scammonia Monspelienſis, longifolia* MUNTING. f. 141. Calyx hirſutulus, ad baſin pene quinquefidus. Petala quinque, baſi connata, acuminata, roſei coloris. Nectarium, ſi ita placet vocare, ſimile fere Narciſſi calyci, cavum, breviter decemfidum. Quinque particulae acutae reflectuntur, quinque interme-

P diae

diae ſerratae breves ſunt. In ſuperficie interiori totidem ſunt lingulae acuminatae, quae ex baſi ornamenti adſcendunt, & quinque aliae cum apicibus bifidis ſe tubae adplicant. Apicum filamenta fortiſſima, loculi graciles, paralleli. Ornamentum craſſum, fungoſum, cui tubae inſeruntur. Semina paleacea, corona pappoſa.

H. Apocynum Syriacum CLUS p. LXXXIII. *Apocynum majus, Syriacum, rectum* CORNUTI p. 90. *Apocynum Syriacum, flore glomeroſo* MUNTING. f. 104. *Beidel Sar* VESLING. *obſ.* p. 29. In *Syria, Virginia.* In hac aliisque ſpeciebus duae tubae ſpongioſae ſe inmittunt in propria foramina ornamenti quinquangularis.

H. Apocynum minus, rectum, Canadenſe CORNUTI p. 93. In *Canada, Virginia.* Folia calycis purpurea, reflexa. Nectaria roſei coloris, ovata, de quibus unguis albidus exit. Petala reflexa, purpurea. Vita annua.

H. Apocynum Coraſſavicum ſive Americanum, fibroſa radice, floribus aurantiis, Chamaenerii foliis latioribus HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 36. *ic.* Calyx reflexus, ſegmentis quinque acutis. Flos monopetalos, profunde quinquefidus, in ſegmenta lanceolata, aurantii & miniati coloris fiſſus. Machina ſtaminum pentagonia, ita facta, ut dicam. Ex uno circulo fert quinque folia flava, cava, carinata, ex quorum quolibet incurvus unguis exit, & interiora reſpicit. Intra haec quinque filamenta unguibus gra-

gracilibus, & in eodem ordine quinque ſquamae erectae, quaſi biloculares, ſepto diviſae, ad tubam cavae ſunt. Tubae de more duae, inſertae craſſiſſimo ornamento pentagonio, quinque obtuſis eminentiis ornato. Semina ovata, baſi truncata, hinc convexa, inde cava, alata. Radix craſſa, perennis.

H. Apocynum Africanum, erectum, villoſo fructu, Salicis folio, lato, glabro H. AMST. II. f. 25. *Apocynum Salicis folio, anguſto.* HERM. *Par. Bat.* p. 24. In *Syria* POCOCK.

H. Apocynum erectum, folio hirſuto, lato, floris umbellati petalis reflexis, ruberrimis BOERH. Nondum floruit, ut ignorem, an propria ſpecies ſit.

H. An Apocynum Africanum, ſcandens, Pervincae folio ſubincanum COMMEL. *plant. rar.* f. 18? Nondum floruit.

Genera iſta ita divido, ut Aſclepias absque nectario ſit, Apocynum quinque nectaria habeat, cui Stapelia utique poteſt accenſeri. denique Periplocae ſua peculiaris fabrica eſt.

H. Stapelia caulibus aculeatis, flore levi. *Aſclepias Africana aizoides* I. R. H. BRADLEY *Dec.* III. S. 3. *aphylla, flore Fritillariae* MOR. S. XV. T. 3. In titulo BLAIRII *bot. eſſ.* pingitur. Conpoſitae fabricae deſcriptionem addere viſum eſt. Calyx quinque foliis ſit, ovato lanceola-

tis. Flos rotatus, craſſulus, ſemiquinquefidus, extus pallens, glaber, intus rugoſus, rugis & valleculis ex flavo & fusco varius. Cum flore continuatur cyathus cavus, pentagonius, circularis, rugoſus & maculoſus. Intra eum machina ſtaminifera, ſtellata. In ea primo quinque extroverſi bifurcati, parallelogrammi radii, maculoſi. Inde his adnati alii quinque, bipartiti. Eorum unum cornu gracile, erectum, maculoſum, alterum introrſum connivet oblongum, globulo terminatum, qualia quina corollam conponunt. Horum interiori lateri adhaerent quinque ſtamina bilocularia. His defractis adparet baſis totius ſtellatae machinae, quae cylindrum effert pentagonum, quinque radiis percurſum, quinque foveolis exaratum, quae ſtamina recipiunt. In cavitatem hujus cylindri duae tubae acuminatae ſe inmittunt.

H. Stapelia caulibus quadrangulis, flore pubescente. *Asclepias Africana aizoides, flore pulchre fimbriato* COMM. *rar.* T. 19. BRADL. *Dec.* III. p. 5. BLAIR. *ibid.*

Asclepias foliis ovato lanceolatis, glabris, floribus racemoſis, albis *Enum. Helv.* p. 525. *Vincetoxicum* DOD. *Purg.* p. 211. *Asclepias albo flore* C. B. Paſſim in ſylvis lapidoſis *Pleſſe, Hengſt.*

H. Asclepias floribus campaniformibus. *Apocynum Canadenſe, folio Androſaemi majoris* BOCC. *Sic.* p. 32. *Apocynum Americanum, folio Androſaemi majoris* MARCHANT. p. 251. pulcherrime.

H. Ascle-

H. Aſclepias foliis linearibus, radice repente MARTIN. Nondum floruit.

H. Nerium foliis lineari lanceolatis LINN. *Rhododendron* DOD. p. 851. In *Syria* &c.

H. Nerium Indicum, flore pleno HERMAN. *Hort. Lugd. Batav.* p. 549. *Tsjovanna Aleri* H. MAL. IX. c. 1.

Pervinca foliis ovato lanceolatis *Enum. Helv.* p. 526. *Clematis Daphnoides* DOD. *Purg.* p. 246. *Pervinca vulgaris, anguſtifolia* C. B. Super *Herperhuſen* verſus *Rohringen*. Super *Eligehuſen*.

H. Pervinca foliis ovatis ſurrectior LINN. *Pervinca latifolia, flore caeruleo* GARID. T. 81. In *Gallia Narbonenſi*, inque *Anglia* PLOT.

## FLORE DIFFORMI.

H. Melianthus ſtipulis ſolitariis, petiolo adnato LINN. *Melianthus Africanus* HERMAN *hort.* p. 415. ic.

H. Melianthus Africanus, minor, faetidus COMM. *rar.* f. 4.

H. Hypecoum tenuifolium, ſiliquis erectis, terretibus AMMAN. T. 9. Calycis duo folia lanceolata, brevia: duo praemagna, petiolata, ovata, intus colorata, ſubflava: Pe-

 tala

tala flava, duo bicornia, in duas partes ovatas fiſſa, inter quas media ſcapha eſt, in principio cava, ad ſimilitudinem ſulci vomeris, inde vero explanata & revoluta. Stamina quatuor erecta, longa, apicibus ſiliquae adplicatis. Tubae duae ſimplices, recurvae. Siliqua longa, articulis aequalibus, per transverſas lineas diviſa. In carnoſo articulo ſemen fere hemisphaericum. In *Sibiria.*

Viola acaulis, ſtolonibus teretibus, reptatricibus, pedunculis radicatis LINN. *Enum. Helv.* p. 500. *Viola martia* BLAKWELL. T. 55. *Viola martia, purpurea, flore ſimplici odoro* I. R. H.

β. Flore albo.

Viola caulibus adſcendentibus, floriferis, foliis cordatis *Cliff. Enum. Helv.* p. 501. *Viola inodora* RIVIN. In ſylvis.

Viola foliis reniformibus, caulibus folioſis floriferis. *Enum. Helv.* p. 503. *Viola Alpina, rotundifolia, minor, lutea* PLUKNET. T. 233. f. 7. *Yellow Rokwiolet* PETIVER *Hort. Brit.* T. 37. In rupibus *Helvetiae alpinae.* In *Groenlandia* EGEDE *cum icone.*

H. Viola montana, latifolia, flores ex radice, ſemina ex cacumine ferens. *Hort. Elth.* T. 303. f. 390. *Viola flore albo* RIV. T. 118. *Viola martia, montana* ZANON. T. 76. In horto, ſed Cl. WEDEMEYER abunde reperit in *Marchia,* DILLENIUS *Gieſſae.*

Vio-

Viola ſtipulis crenatis, foliis ovato lanceolatis. An *Viola paluſtris, foliis Trachelii, glabris* RUPP. p. 289? BOEHMER. *flor. Lipſ.* p. 190. In pratis *Sueviae* inter *Nördlingen* & *Oettingen*. Radices ligneae, aſperae, perennes. Caules ſubrecti, pedales & ſemipedales. Stipulae ſive folia ad ortum ramorum oblonga, acuta, margine argute ſerrato: folia vero ima longe petiolata, ovato lanceolata, obtuſiuscule circumſerrata. Flores longe petiolati, aquoſe caerulei, caeterum de martiarum genere, cum tuba in uncum facta ſit. An ſatis a priori diverſa.

Viola caule erecto, foliis ſub ramis laciniatis, reliquis longe ellipticis *Enum. Helv.* p. 503. *Viola martia, arborescens, purpurea* C. B. GARIDEL T. 99. In *pratis hercynicis* frequens.

Viola annua, caule procumbente, foliis ſub ramis laciniatis, flore magno, tricolore *Enum. Helv.* p. 504. *Viola tricolor* PASS. *ic.* 94. *P. alt. Jacea ſive Flos trinitatis* CAMER. *Epit.* p. 912. l' ADMIRAL. T. 19. Sponte ubique in *Cellenſi ducatu*, in viis arenoſis, & in ipſa *Japonia*.

Viola annua, caule procumbente, foliis ſub ramis laciniatis, flore exiguo, bicolore *Enum. Helv.* p. 504. *Jacea altera* CAMER. *Epit.* p. 913.

β. Varietas colore toto caeruleo,
In agris & hortis ſponte frequens.

Impatiens pedunculis ſolitariis, multifloris LINN. *Enum. Helv.* p. 505. *Balſamine altera, noli me tangere* COLUMN. *Ecphras.* p. 150. In ipſa urbe *inter vicum & aream ante domum, in qua cereviſia coquitur.* In ſylvis ſuper *Hardegſen*, circa *Gleichen* &c.

H. Impatiens pedunculis confertis, unifloris LINN. *Balſamina femina* C. B. *Tilo Onapu* H. MAL. IX. T. 52. *Balſamine* RIV. T. 120. Flore albo.

β. Flore roſeo.

γ. Flore violaceo.

MEIO

MEIOSTEMONES.

Liguſtrum *Enum. Helv.* p. 527. MATTH. p. 170. Ad ſepes.

H. Olea CLUS. *hiſp.* p. 46. *Oliva* VOLC. *heſperid.* p. 236.

H. Syringa foliis ovato cordatis LINN. *Syringa caeruleo flore* CLUS. *hiſt.* p. 56. Paſſim ad ſepes quaſi ſpontanea. In *Perſia*, *Walachia.*

H. Syringa foliis lanceolatis, integris & laciniatis LINN. *Agemlilac Perſarum* CORNUT. p. 189. In *Aſia minori.*

H. Nyctanthes foliis inferioribus cordatis, ſuperioribus ovatis, acutis *H. Upſ.* *Nalla Mulla* H. MAL. T. VI. ic. 50. *Sambach Jasmin Arabum* ALP. Aeg. p. 73. *Jasminum, ſive Sambach Arabum, folio acuminato, flore ſtellato, majore* TILLI. T. 31.

H. Jasminum foliis oppoſitis, pinnatis LINN. *Pitsjégam Mulla* H. MAL. T. XI. ic. 52. *Jasminum vulgare, flore albo* R. H.

H. Jasminum foliis alternis ternatis, pinnatisque, ramis teretibus LINN. *Jasminum Indicum, flavum, odoratiſſimum* FERRAR. *flor.* p. 39.

H. Jasminum ſive Gelſeminum luteum I. B. II. p. 102. *Jasminum foliis alternis ternatis, pinnatisque, ramis angulatis. Upſ.*

H. Jasminum foliis alternis ternatis, ſimplicibusque, ramis angulatis *Upſ. Jasminum luteum* I. R. H. Vulgo dicitur *bacciferum* C. B. *Trifolium fruticans* DOD. *Cereal* p. 197. *Monspelii.*

H. Veronica Virginiana, procerior, foliis ternis, quaternis & quinis, caulem amplexantibus, ſpicis florum candidiſſimis PLUKN. T. 70. f. 1. *Veronica foliis quaternis, quinisve Cliff.* 71. In *America* & *Aſia ſeptentrionali.*

H. Veronica foliis ternis, ovato lanceolatis, ſerratis, floribus ſpicatis. *Veronica ſpicata, recta, profunde ſerrata* J. B III. p. 284. Huic & reliquis ſpicatis tubus floris longior, breviter quadrifidus, ut tamen unum ſegmentum minus ſit, & fructus pariter longior, bicollis.

H Veronica foliis ternis, rariter dentatis, ſpica rariori. *Veronica anguſtifolia, floribus paniculatis* AMMAN. *Ruthen.* n. 32.

H. Veronica ſpicata, lanuginoſa & incana, floribus caeruleis AMMAN. *Ruthen.* n. 30.

Veronica caule ſimplici, nudo, ſpicato, foliis ſcabris, ovatis, dentatis. *Veronica ſpicata minor* VAILL. T. 33. f. 4. Ad arcem *Regenſtein.*

Veronica foliis ſiccis, ovatis, ſerratis, caule procumbente, ex alis racemoſa *Enum. Helv.* p. 530. *Veronica mas, ſupina & vulgatiſſima* C. B. In omnibus ſylvis.

Vero-

Veronica foliis imis cordatis, ſuperioribus anguſtioribus, ellipticis, ex alis racemoſa *Enum. Helv.* p. 529. *Veronica montana* RIV. T. 94. *Veronica ſupina, facie Teucrii pratenſis* I. R. H. Ad vias verſus *Bovenden*, *Herperhuſen* &c. Vidi ſtaminibus tribus, ſegmentis ſex, tubis duabus.

Veronica foliis cordatis, ſuperioribus majoribus, ex alis racemoſa. *Enum. Helv.* p. 529. *Veronica minor, foliis imis rotundioribus* C. B. *Veronica pratenſis, latifolia* RIV. T. 93. Vulgatiſſima.

H. Veronica foliis cordatis, longe mucronatis, ex alis racemoſa *Enum. Helv.* p. 529. *Veronica pratenſis, omnium maxima* BUXBAUM. *Cent.* I. T. 34. In *Helvetiae* montoſis & ſylvoſis. r.

Veronica procumbens RIV. T. 92. *Veronica procumbens, biscutata, Hederae folio* MORIS. S. III. T. 23. *Alyſſon montanum* COL. p. 288. Maxima copia ad rivum, qui defluit verſus *Geismar*, dum obscuro loco per ſylvam deſcenditur. Caulis procumbens. Folia petiolata, ovata, obtuſa, crenata, hirſuta, ſubtus rubra. Florum racemi pauciflori, calyx hirſutus, petalum ſubcaeruleum, imo ſegmento albo; fructus planiſſimus, ex duobus conpreſſis circulis fit. Uterque loculus tetraſpermos, ſemina plana, ovata cum hilo.

Veronica aquatica, foliis ovatis, ex alis racemoſa *Enum. Helv.* p. 528. *Beccabunga* RIV. T. 99. *Veronica aquatica, major, folio ſubrotundo* I. R. H. Perinde vulgaris.

Vero-

Veronica aquatica, foliis ovato acuminatis, ex alis racemoſa *Enum. Helv.* p. 528. *Berula major* TAB. p. 719. *Veronica aquatica, major, folio oblongo* MOR. In omnibus aquis.

Veronica aquatica, foliis linearibus, rariter dentatis *Enum. Helv.* p. 527. *Anagallis aquatica, anguſtifolia* I.B.III. p. 791. *Myoſotis Scorpioides paluſtris, repens* ERNDL. E.N.C. *Vol.* III. *app.* Ad lacum circa *Seeburg*, & *Weſterhof*; in ducatu Cellenſi circa *Eſchede*, albis ibi floribus. Vereor, omnibus computatis, ob folia ovata & anguſtiora, ne ſit praecedentis varietas.

Veronica foliis ſubrotundis, crenatis, hirſutis, petiolis calyce brevioribus *Enum. Helv.* p. 533. *Alyſſon* COLUMN. *phytobas.* p. 26. In pratis & hortis.

Veronica foliis glabris, ovatis, floribus rarius ſpicatis, ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 533. *Veronica pratenſis* DOD. *Pempt.* p. 41. *Veronica pratenſis, Serpyllifolia* C. B.

Veronica foliis cordatis, crenatis, floribus ſolitariis pedunculatis *Enum. Helv.* p. 534. *Veronica Chamaedryos folio* RIVIN. *monop. irreg.* T. 96. Ubique in muris, agris & hortis.

β. Flore albo.

Veronica foliis cordatis, quinquelobis, calycis ſegmentis ſagittatis *Enum. Helv.* p. 534. *Veronica Hederae folio* RIVIN. T. 96. In agris & hortis.

H. Veronica Chia, verna, Cymbalariae folio. *Veronica Orientalis, Hederae terreſtris folio, flore albo* BUXBAUM *Cent.*

*Cent.* I. T. 40. Parum diverſa a priori. Petioli longi uniflori, calycis quatuor ſegmenta obtuſa, flos albus, uno ſegmento de more exiguo , reliquis latis, rotundis. Semina perinde ſunt ſcaphae hemiſphaericae cavae, ut Pezizae lineata, & ſulcata.

Veronica foliis trifidis & quinquefidis *Enum*, *Helv*. p. 534. *Veronica folio Rutae* RIV. T. 95. Abunde in agris ultra *portam Webudenſem* & *Albanam*.

H. Capraria foliis ternatis corollis quadripartitis LINN. *Phyteuoides Americanum, flore albo, tetrapetalo* PLUKNET T. 215. f. 1. *Veronica fruticoſa, erecta, dulcis, caule hexangulari, flore dilute caeruleo* BARRERE *hiſt. natur*. p. 112. In *Guiena*. r.

TETRA-

## TETRAPETALAE SILIQUOSAE.

### NASTURCINAE.

H. Crambe Orientalis, Dentis leonis folio, Erucaginis facie L. R. H. *Crambe foliis petiolatis, rotundis, hirſutis, fructu ſphaerico. L.*

H. Rapiſtrum maximum, monoſpermum CORNUT. p. 148. Calyces flavi, petala alba, hinc antequam floreat flavo flore eſſe videtur, quando floret, albo. r.

Iſatis ſylveſtris CAMER. *Epit.* p. 410. Circa *Jenam an der hohen Saale, Baſileae* &c. in M. *Clozberg* ROYER.

H. Iſatis ſativa. Vide *icones* Cl. SCHREBERI.

H Iſatis ſylveſtris, minor, Luſitanica DILL. Parum diverſa.

H. Velia LINN. Naſturtium ſylveſtre, Valentinum CLUS. CXXX. *hiſp.* p. 422. *Naſturtium ſylveſtre, Erucae affine* MORIS. S. III. T9.

H. Anaſtatica LINN. *Roſa Hierichuntina* CAM. *hort.* f. 41. *Miagro digli Antichi* ZANON. T. 125. Huic fructus rotundus, bilocularis, diviſus ſepto, valvis parallelo, coronatus duabus auriculis ſemiovalibus. Tuba inter aures eminet, fine globoſo. Calycis folia ovalia, petala alba &c. In arenoſis *Palaeſtinae, Arabiae, Cairi,* POCOCK. r. H.

H. Erucago ſegetum. *Eruca Monſpeliaca, ſiliqua quadrangula, echinata* MORIS. S. III. T. 6. C. B. *Prodr.* p. 61. *Sinapi echinatum* I. B. II. p. 856. *Veronae, Monſpelii.*

Myagrum ſiliquae primo nodo ſtrictiori, altero globoſo, ſtriato *Enum. Helv.* p. 536. *Rapiſtrum monoſpermum* C. B. *Prodr.* p. 37. Abunde in *Thuringia* circa *Eisleben*, verſus *Kelbra*, verſus *Querfurt* &c. Petiolus latior capſulam efficit, in qua ſemen ovale. Huic inſidet fructus globoſus, ſtriatus, coronatus cornu ſolido, ſemine intus unico, ſimili. Calycis folia duo recta, duo deorſum gibba. Petala petiolata, emarginata, flava. Tubae loco finis ſpongioſus. Glandulae quatuor circa ovarii baſin. Saepe alterutrum ſemen abortit.

H. Myagrum ſiliculis utrinque gibboſis, monoſpermis. *Myagrum monoſpermum, latifolium* C. B. *Prodr.* p. 52 MAPP. p. 206. In ſegetibus *Helvetiae* rarius. Capſula dura, bivalvis, dilatata, ſpinula exeunte, monoſperma, in qua ſemen ovale. Petiolus cavus. Semen ovato cylindricum, ſulco notatum, in petiolo craſſo, coronato duobus loculis inanibus gemellis, inter quos tuba exit. Flos fere & habitus prioris

Myagrum ſiliquis globoſis, conpreſſis, ſcabris LINN. *Enum. Helv.* p. 536. *Myagrum monoſpermum, hirſutum, ſiliquis rotundis* LOESEL. n. 56. *Jenae* magna copia in agris, *Aux Brenets Helvetiae* GAGN.

H. Clypeola ſiliculis unilocularibus & monoſpermis LINN. *Jonthlaſpi minimum, ſpicatum, lunatum* COLUMN. *Ecphras.*

*Ecphras.* p. 284. GARIDELL. T. 56. *Thlaſpi alterum, minus, clypeatum, Serpylli folio* LOB. *ic.* p. 214

Alyſſon calycis flore perſiſtente. *Alyſſon incanum, luteum, Serpylli folio, majus* I. R. H. *Alyſſon minimum* CLUS. *Pann.* p. 473. LINDER. *hort.* T. 15. In aridis agris & muris.

H. Alyſſon perenne, calyce caduco, ſiliquis conpreſſis, tetraſpermis *Enum. Helv.* p. 540. *Jonthlaſpi luteo flore, incanum, diſcoides, umbellatum, montanum* COLUMN. p. 281. In arenoſis ſecundum *Rhenum*, infra *Baſileam* legit STAEHELINUS, in *Alſatia* LINDER. Multo durius, album magis, majoribus foliis, calyce inprimis caduco, flore majori. Reliqua ſimilia, & loculi perinde diſpermi.

Alyſſon foliis ſcabris, ſagittatis, leviter dentatis *Enum. Helv.* p. 537. *Alyſſon ſegetum, foliis auriculatis, acutis* TOURN. *Camelina, ſive Myagrion* DOD. *Cereal.* p. 130. In *Lino* abundo.

β. Alyſſon foliis auriculatis, glabris, profunde dentatis *Enum. Helv.* p. 537. *Myagrum faetidum* C. B. LIND. TOURN. p. 94. *ic.* i. Ad foſſas.

Alyſſon fruticoſum, incanum I. R. H. *Thlaſpi incanum, Mechlinienſe* LOB. *ic.* p. 216. *Thlaſpi Mechlinienſe* CLUS. *Pann.* p. 470. Maxima copia circa *Cellam*, tum in *Rhenana ditione.*

H. Alyſſon

H. Alyſſon ſiliquis inflatis, foliis tomentoſis. *Alyſſoides fruticoſum, Leucoji folio, incano* I. R. H. *Eruca peregrina* CLUS. *hiſp.* p. 421. In *Caſtella.* Folia calycis hirſuta, duo recta, duo deorſum gibba. Petala acute ſatis biſida, flava. Stamina duo, reliquis inſigniter minora. Siliqua inflata, bilocularis. In quovis loculo ſemina plurima duplici ordine. Septum perpendiculare. Tuba recta, ſiliquae longitudine, fine craſſulo.

Draba caulibus nudis, foliis inciſis LINN. *Enum. Helv.* p. 538. *Alyſſon vulgare, Polygoni folio, caule nudo* I. R. H. *Alſine minima* TABERN. p. 118. Verno tempore in macilentis.

Lunaria major, ſiliqua longiore I. R. H. *Lunaria Graeca, perennis* AICHST. *Vern. Ord.* I. T. 7. f. 2. In ſylva *Hercynia.* in M. *Herzberg, Ilefeldae.*

H. Lunaria major, ſiliqua rotundiore I. R. H. r.

H. Lunaria Leucoji folio, ſiliqua oblonga, majori I. R. H. *Alyſſon Dioscoridis putatum.* LOB. *ic.* p. 323. In *Graecia, Gallia calidiori.*

H. Thlaspidium apulum ſpicatum I. R. H. *Jondraba apula, Alyſſoides, ſpicata* COLUMN. *Ecphras.* p. 285. *Thlaspi clypeatum* CLUS. *Pann.* p. 471. *Veronae, Monspelii.* Ab alpina ſpecie flore & fructu minori differt.

H. Thlaſpidium ſiliculis aſperis. *Leucojum luteum, utriculato ſemine.* P. ALPIN. *Exot.* p. 116. Calycis duo foliola inſigniter deorſum gibba, flos pallide ſulphureus, petalis ovatis. Tuba praelonga, ſiliquarum cortex aſper. In *Creta, Toscana.*

Coronopus Ruellii BLAKWELL. T. 120. *Pſeudoambroſia* CAM. *Epit.* p. 596. Circa *Allendorf, Sulze* & alibi ad fontes ſalſos, etiam circa *Jenam* in pagis paſſim. Fructus transverſim latus, conpreſſus, tuberculis verrucoſus. Semen in quolibet loculo unicum. Qui adeo ſufficiat generi ſeparando ſeminum numerus in Thlaſpi & Naſturtio, hic non ſufficiat, cum figura conjunctus?

H. Cochlearia foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis, ſinuatis LINN. *Cochlearia folio ſubrotundo*

α. Foliis integris. *Cochlearia* CAM. *Epit.* p. 271.

β. Foliis ſerratis. *Cochlearia Britannica* LOBEL. p. 294. Ad ripas *maris ſeptentrionalis*, in *Groenlandia* etiam & *Spizbergia.*

H. Cochlearia foliis caulinis cordato ſagittatis, amplexicaulibus LINN. *Cochlearia altiſſima, Glaſtifolia* I. R. H. *Thlaſpi* I. CLUS. *Pann.* p. 466. In monte ad thermas *Badenſes.*

Cochlearia foliis radicalibus lanceolatis, crenatis, inciſis LINN. *Cochlearia folio cubitali* I. R. H. *Auf der Herperhäuſer Wieſe.* Circa *Argentoratum* LINDER. In *Nordhollandia.*

Iberis

Iberis foliis ſurſum latescentibus, dentatis *Enum. Helv.* p. 543. *Thlaspi amarum* TABERN. p. 462. In ſegetibus *Alſatiae.*

H. Iberis foliis lanceolatis, acuminatis, inferioribus ſerratis, ſuperioribus integerrimis. *Thlaspi Creticum, umbellatum* I. R. H. *Thlaspidium Creticum* RIV. T. III. Calycis folia duo deorſum gibba. Petala violacea vel alba, duo longiora, duo breviora. Semina ſolitaria pendula.

H. Iberis foliis linearibus, verſus apicem dentatis, ſerratis LINN. *Thlaspi parvum* IV *odorato flore* CLUS. p. CXXXII. Differt calycis foliis ovatis, deorſum gibbis, flore minori.

H. Iberis foliis cuneiformibus, obtuſis, integerrimis LINN. *Thlaspi Perſicum* RIV. T. 110. *Thlaspi fruticoſo di Perſia con foglie di Keiri* ZANON. T. 165. *Thlaspi ſemper virens & florens* MARCHANT. p. 309.

Iberis foliis imis cordatis, ſuperioribus amplexicaulibus *Enum. Helv.* p. 546. *Thlaspi Badenſe* CLUS. *Pann.* p. 465. Circa *Jenam aufm Fuchsberg und Künitzberg.* In montoſis *Helvetiae.* Petala vel leviter inaequalia, vel nihil quidquam; priori autem modo in extremis floribus umbellae ſe habere video, & tunc interiora petala minora ſunt, caeterum ovata omnia. Filamenta breviora de more reſpondent convexitati fructus. Tuba ovarii longitudine. Loculi monoſpermi. Semen planum, ovale. Calycis foliola ovata, viridia, oris albis.

Iberis foliis pinnatis, pinnis ovatis, ultimis confluentibus *Enum. Helv.* p. 542. *Paſtoria burſa minor.* DOD. p. 103. MAGNOL *bot. Monsp.* p. 187. *Naſturtium petraeum, foliis Burſae paſtoris* C. B. Ad viam in rupibus ſub *Waaken.* In arenoſis *Marchiae* & circa *Noribergam* ubique. Petala duo majora reliquis, omnia integra, non inciſa.

Naſturtium ſiliquis ſubrotundis, foliis ſagittatis, dentatis, incanis *Enum. Helv.* p. 544. *Thlaspi* II. TAB. p. 458.

β. Varietas glabra. *Thlaspi vulgare* BLAKWELL. T. 87. In muris hirſutie mollis, frequenter dentata varietas, in agris integrifolia, glabra reperitur.

Naſturtium foliis imis ovatis, reliquis amplexicaulibus, cordatis *Enum. Helv.* p. 544. *Thlaspi montanum, minus* CLUS. *Pann.* p. 458. In *vallo urbis.*

Naſturtium ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris LINN. *Enum. Helv.* p. 545. *Thlaspi arvenſe, ſiliquis latis* I.R.H. *Thlaspi* II. MATTH. p. 567. In agris.

H. Naſturtium foliis pulpoſis, ovatis, ſerratis. *Lepidium latifolium* I. R. H. *Lepidium* CAMER. *Epit.* p. 378, 379. In muris & ruderoſis circa *Spiram, Harlemum,* in *Hibernia, Anglia.* Tuba brevis, fine globoſo.

H. Naſturtium foliis imis duplicato pinnatis, ſuperioribus amplexicaulibus, ovatis. *Thlaspi vero di Dioscoride primo* ZANON. T. 129. *Naſturtium Orientale; foliis inferioribus*

*rioribus Millefolii, ſuperioribus* Perfoliatae I. R. H. Calycis folia ovata, acuminata, cava. Petala luteola, ex petiolo ſurſum dilatata, ſive obtuſa. Stamina ſex de more. Tuba brevis, ſimplex. Capſulae ſeminales ſepto normali diſtinctae. Semen cavum, inciſum, marginatum. In *Syria, Perſia.*

H. Naſturtium hortenſe BLAKWELL. T. 23. *Naſturtium* CAM. *Epit.* p. 355. bene

β. Varietas criſpa

Naſturtium ſiliquis verticaliter cordatis *Enum. Helv.* p. 545. *Burſa Paſtoris major, folio ſinuato* C. B. *Burſa Paſtoris* CAM. *Epit.* p. 340. Ubique verno tempore.

Naſturtium foliis imis multifidis, ſuperioribus integris, peranguſtis *Enum. Helv.* p. 543. *Iberis* MATTH. p. 293. *Jenae* ubique & *ditione Rhenana.* Dyſtemon eſt, ex obſervatione Cl. MISSAE.

H. Naſturtium foliis dentatis, floribus minutisſimis. *Iberis humilior, annua, ramoſior, Virginiana* MORIS. S. III. T. 21. Ab Iberide differt foliis latis, unice dentatis, caeterum etiam dyſtemon eſt, & flore minimo. Ludit foliis integris, ovatis, foliis dentatis, pinnatis & ſemipinnatis.

H. Lepidium foliis pulpoſis, ſubrotundis, antheris lateralibus. *Lithonthlaspi parvum, roſeum, ſempervirens* COLUMN. Facies Telephii Imperati. Folia calycis duo recta, duo longiora, paulum deorſum gibba. Petala petiolo lato, fine emarginato, replicato, alba, lineis roſeis

Q 3 picta.

picta. Stamina duo breviſſima, reliqua lata, firma, anthera ſingulari plane modo lateraliter adnata. Siliqua ovata, tuba ſimplici, longa & craſſescente, ut de genere Lepidii ſit. Semina conpreſſa, Amygdalae figura. r.

H. Lepidium foliis lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis LINN. *Lepidium humile, minus, incanum, Alpinum* I.R.H. Nondum floruit.

Siſymbrium foliis ſimplicibus, dentatis, ſerratis LINN. *Enum. Helv.* p. 548. *Raphanus aquaticus, alter* C. B. *Prodr.* p. 37.

*β*. Siſymbrium foliis imis integris, ovatis, ſerratis, ſuperioribus pinnatis *Enum. Helv.* p. 548. *Rapiſtrum aquaticum* TABERN. p. 108.

*γ*. Siſymbrium foliis pinnatis, pinnis ſerratis, ſiliqua breviſſima. *Enum. Helv.* p. 548. *Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias diviſis* C. B. *Prodr.* p. 38. *Zu Holtenſen und an der alten Leine.*

Siſymbrium pinnis profunde ſerratis, diſſitis *Enum. Helv.* p. 548. *Siſymbrium paluſtre repens, Naſturtii folio* I. R. H. *Eruca ſylveſtris* FUCHS. p. 263. Ad vias & foſſas abunde.

Siſymbrium foliis pinnatis, anguloſis, floribus ſuper folia vix elatis *Enum. Helv.* p. 549. *Naſturtium aquaticum* BLAKWELL. T. 260. *Bey der Raaſe und Papiermühle, und um Harſte* in foſſis.

Siſym-

Siſymbrium foliis pinnatis; pinna extrema ampliſſima, ſubrotunda *Enum. Helv.* p. 549. *Siſymbrium Erucae folio, glabro; flore luteo* I. R. H. *Barbarea femina* TABERN. p. 452. Ad foſſas. Calycis folia paulum deorſum gibba.

Siſymbrium foliis imis Barbareae, ſuperioribus integris; dentatis *Opusc. bot. P. III. Iter hercyn.* p. 100. n. XI. cum ic. Ad rivos hercynicos, ſupra *Herzberg* &c.

Siſymbrium foliis glaucis, pinnatis, pinnis longis, rariter ſerratis *Enum.* Helv. p. 551. *Eruca ſativa* FUCHS. p. 262. Ad *Rhenum Manhemii, Wormatiae, Spirae* &c.

H. Siſymbrium foliis pinnatis, extrema pinna ampliſſima, ſiliquis praelongis. *Hesperis flore albo, minimo, ſiliqua longa, folio profunde dentato* BOERH. DILL. *Hort. Elth.* f. 177. Calyx tubuloſus, obscure deorſum gibbus, ut ab Hesperide & Leucojo differat. Petala longo ungue, bractea lata, non emarginata ſibi inpoſita, alba. Stamina duo inſigniter breviora. Siliqua longiſſima, terminata ſtylo craſſo, capitato, fine globoſo. Semina ovata, anguloſa, conpreſſa, marginata. Calyce a Leucojo differt. r.

Siſymbrium pinnis foliorum pinnatis, pinnulis ſubhirſutis, linearibus *Enum. Helv.* p. 550. *Siſymbrium annuum, Naſturtii minoris folio* I. R. H. *Deſcurea* GUETTARD. II. p. 165. qui ob minorem calycem & emarginata petala ſeparat. Similes fere rationes fecerunt, ut RIVINUS Accipitrinam vocaverit. Mihi ſiſymbria ſunt, quotquot calyce non gibbo, ſiliqua non elaſtica, ejusque cornu

brevi, absque glandulis ſunt. In coemeteriis & ad muros.

Siſymbrium foliis pinnatis, extremo lobo triangulo' ſiliquis cauli adpreſſis *Enum. Helv.* p. 551. *Eryſimum*, *Irio* I. TAB. p. 448. Ubique ad vias.

Siſymbrium foliis pinnatis, extrema pinna triangula, dentata, petiolis longis, hirſutis. *Eryſimum* II. TAB. p. 449. bene. *Eryſimum minus, foliis lanceolatis* BUXBAUM. *Cent.* V. T. 56. n. 1. noſtrum ſatis refert. In tectis ſtramineis ſuburbanis *Eislebiae* magna copia. Caulis annuus cubitalis, ramoſus, hirſutus. Folia glabra, pinnata, pinnarum paribus tribus, quatuorve, eundo majoribus, extrema maxima, acuta, confluente cum proximis, & dentata. Petioli pene unciales, amplo angulo ex caule exſtantes, in junioribus ramis hirſuti. Calycis foliola gracilia, non gibboſa. Petala flava, ovata, absque glandulis. Stamina pene aequalia. Siliquae longae, ſtrictae, teretes, ſtylo ſolido, brevi. Habitus tener & ſucculentus.

H. Eryſimum Monſpeſſulanum, Sinapios folio WALTHER T. 22. *Sinapi ſylveſtre, Monſpeſſulanum, latifolium, flore luteo, minimo, ſiliqua longiſſima* MORIS. S. III. T. 3. Annon *Irion apulus alter, levi folio Erucae* COL. *Ecphr.* p. 265? Annon *Eryſimum Dioscoridis* ZANONI. T. 75? *Eryſimum latifolium, majus, glabrum* MAGNOL. p. 93.

H. Eryſimum Orientale, folio Sonchi, ſulphureo, ſiliquis longiſſimis BOERH. *Ind. alt.* Calyx tubuloſus. Folia

lia duo deorſum paulum gibba, duo recta longiora. Petala ovata, ſulphurea. Tuba rotunda, breviſſime bifida. Siliqua longa, teres, craſſula, paulum nodoſa, ſine bicolli. Semina pene ſubrotunda, hilo inciſa.

Siſymbrium foliis cordatis, retuſis *Enum. Helv.* p. 553. *Hesperis Allium redolens* I. R. H. *Alliaria* CAM. *Epit.* p. 589.

Siſymbrium foliis integris, oblongis, ſubaſperis *Enum. Helv.* p. 550. *Turritis folio Leucoji* I. R. H. *Camelina, Myagrum alterum, Thlaspi effigie* LOBEL. *ic.* p. 225. *An den Gräben gegen Bovenden.*

Sinapi ſiliquis glabris, tetragonis LINN. *Enum. Helv.* p. 554. *Sinapi Rapi folio* C. B. *Sinapi ſiliqua latiuscula, glabra, ſemine ruffo, ſive vulgaris* I. B. II. p. 855. Rarior in ruderoſis.

H. Sinapi foliis pinnatis, ſerratis, extrema maxima, ſiliquis longiſſimis. *Eruca ſylveſtris, minor, lutea, Burſae Paſtoris folio, Italica* BARREL. *ic.* 1016. Annon *Eruca ſicula, Burſae Paſtoris folio* BOCC. *Sic.* p. 19. T. 10? Calyx deorſum non gibbus, ut hujus loci ſit. Petala Caryophyllaea, ungue longo, bractea ſulphurea, ovali. Stamina duo inſigniter breviora. Particulae quatuor virides, obscurae, ad baſin ſtaminum poſitae. Siliqua teres, polyſperma, longa, articulata. Tuba tertiae vel quartae parti ſiliquae aequalis, ſine craſſo, ſolido. Semina ad usque duodecim rotunda, ſlava. Eſt ergo de Sinapios genere.

Sinapi ſiliquis hispidis, roſtro longiſſimo LINN. *Enum. Helv.* p. 554. *Sinapi album, ſiliqua hirſuta, ſemine albo & rufo* I. B. II. p. 856. Hortorum & agrorum vitium.

H. Sinapi Orientale, maximum, Rapi folio I. R H. Calycis folia cava, gracilia, ſublutea. Petala petiolata bractea cordiformi, flava, Glandulae quatuor. Stamina duo notabiliter breviora. Siliqua ſubhirſuta, brevior ſuo cornu, tuba bicolli. Semen fuscum pene ſphaericum; ſimillimum priori, ſi non idem.

Sinapi ſiliquis multangulis, toroſo turgidis, roſtro proprio longioribus LINN. *Enum. Helv.* p. 554. *Sinapi arvenſe, praecox, ſemine nigro* I. R. H. *Irion* FUCHS. p. 256. In agris & hortis.

H. Sinapi ſiliquis tetragonis, floribus venoſis *Eruca ſativa alba, Dioſc.* POCOCK. I. p. 282. *Sinapi alterum genus* FUCHS. p. 539. Variat flore albo & luteo, utroque venoſo. Calycis folia duo deorſum modice gibba, duo magis. Petala inverſe cordata, venoſa. Glandulae quatuor, ſive ſquamae virides ad baſin ſtaminum. Fructus tetragonius, duobus angulis obſoletis. Tuba fructu longior, plane triangula, lata. Stigma bicolle, exiguum. Ad vias in *Valeſia* naſcitur, inter *Siders* & S. *Leonhard.*

H. Eruca folio Bellidis. Cum hoc nomine miſſa, nondum floruit.

H. Sinapi Chinenſe, Acanthi folio. Nondum floruit.

H. Ra-

H. Raphanus hortenſis BLAKWELL. T. 81. *Raphanus longus* CAMER. *Epit.* p. 224. bene. In hortis multae varietates coluntur.

Raphanus ſiliquis teretibus, articulatis, unilocularibus LINN. *Enum. Helv.* p. 555. *Raphaniſtrum arvenſe, flore luteo* I. R. H. *Auf Aekern gegen Lengeler.*

*β.* Flore albo ſtriato, & flore venis purpureis picto, denique caeruleo. *Lampſana apula Plinii & Dioscoridis* COLUMN. *Ecphras.* I. p. 261. In agris *aufm Hagen.*

H. Raphanus ſiliquis ovatis, angulatis, monoſpermis *Cliff. Cakile ſive Eruca maritima, latifolia* C. B. *Cakile Serapionis Erucae folio, Napi flore* DONAT. p. 133. Ad littora *Maris Balthici*, *Monspelii, Harvici,* naſcitur in arenis, quas nuper mare recedens nudavit, LANCISIO obſervante.

Dentaria foliis inferioribus pinnatis, ſuperioribus ſimplicibus LINN. *Enum. Helv.* p. 557. *Dentaria ſeptifolia* TAB. p. 114. Copioſiſſime olim *an den Hügeln im Dreiſcher Walde*, tum in tota *ſylva hercynica.*

Braſſica foliis ovatis, integerrimis, amplexicaulibus LINN. *Braſſica arvenſis, perfoliata* I. R. H. In omibus agris.

H. Braſſica radice caulescente, fuſiformi LINN. *Napus ſylveſtris vulgo.* Plurimum ſeritur in agris.

*β* Flo-

β Flore melino.

H. Braſſicae hortenſes variae.

H. Braſſica cauliflora CAM. *Epit.* p. 252.

H. Braſſica capitata CAM. *Epit.* p. 250.

H. Braſſica criſpa, &c.

H. Rapum CAMER. *Epit.* p. 218.

H. Rapum longum CAM. *Epit.* p. 219.

Cardamine foliis pinnatis, pinnis ſubrotundis, anguloſis *Enum. Helv.* p. 558. *Naſturtium aquaticum, majus & amarum* C. B. *Prodr.* p. 45. Accedit *icon* ZANONI *nov.* p. 66. T. 45. In valle ultra *Heſſendreiſch.*

Cardamine foliis pinnatis, imorum pinnis ſubrotundis anguloſis, ſuperiorum oblongis & ſtrictis *Enum. Helv.* p. 559. *Cardamine pratenſis, flore magno, purpurascente* I.R.H. Ubique in pratis udis.

Cardamine caule foliisque hirſutis. *Enum. Helv.* p. 558. *Siſymbrium aquaticum, alterum* CAMER. *Epit.* p. 270. Paſſim in *ſylva Hercynia*, inprimis inter *Schluft* & *Andreasberg* ad viam. Apetalam eſſe, aut quatuor ſtamina habere, non reperio. Noſtra petala habet, & ſtamina ſex.

H. Cardamine foliis pinnatis, foliolis aequalibus, lobatis, petiolatis ROY. *Cardamine ſicula, Fumariae folio. Sium ſive Cardamine latis ſiliquis* BOCC. *Sic.* p. 83. & 84. cum nomine *Sio minimo affinis, ſiliquis latis.*

Carda-

Cardamine foliis pinnatis, pinnis laciniatis LINN. *Enum. Helv.* p. 557. *Sium minimum* P. ALP. *exot.* p. 331. *Im Dreiſchwalde, und jenſeit Herperhauſen, im Göttinger Walde,* & in *ſylva hercynica* ad vias frequens.

Turritis foliis radicalibus dentatis, hiſpidis, caulinis integerrimis, amplexicaulibus, glabris *Enum. Helv.* p. 560. *Turritis foliis inferioribus Cichoraceis, caeteris Perfoliatae* I. R. H. Paſſim in ſylvoſis aſperis, M. *Hengſt* inprimis.

Turritis foliis omnibus aſperis, dentatis *Enum. Helv.* p. 561. *Barbarea muralis* I. B. II. p. 869. *Turritis minor* I. R. H. Abunde in lapidoſis *gegen Herperhauſen* & in M. *Hengſt.*

H. Turritis latifolia, hirſuta, ſiliquis pendulis AMMAN. n. 79. Calyx tubuloſus, deorſum non gibbus. Petala ungue paulatim dilatato, alba, emarginata. Stamina lateralia breviora, absque nectario. Tuba obiter bifida, ſpongioſa. Siliqua cernua, ſeſcuncialis, lata, angulis lateralibus acutis, media facie convexa. Septi alveoli non profundi. Semina plana, marginata, foliacea. Cum non poſſim conferre ſtirpem emortuam cum tertia Arabi, an eadem, an diverſa ſit, non poſſum pronunciare.

Braſſica Alpina perennis. *Jenae* nata in rupibus inter *Fuchsberg* & *Priesnitz,* & in *Alſatiae* montibus ſuper *Haslach,* non ſatis cognita planta, foliis ovatis glabris.

Ara-

Arabis foliis radicalibus ovatis, ſcabris, caule nudo *Enum. Helv.* p. 562. *Turritis vulgaris, ramoſa* LINDERN. *Hort. Alſat.* T. I. *Piloſella ſiliquata, minor* THAL. *ic.* VII. D. Paſſim in agris ſterilibus v. g. in vallecula inter *Beſigehauſen* & *Waaken* abunde. In M. *Hagen* agris.

H. Arabis foliis ſcabris, pinnatis, pinnis rectangulis, non dentatis. *Eruca caerulea, in arenoſis creſcens* I. R. H. *Heſperis petraea, vel ſaxatilis* LINDERN. *Tourn.* p. 132. T. III. *d.* ic. In arenoſis ad *Birſam Helvetiae.* Calycis duo foliola exteriora deorſum gibba, duo plana. Petala obſcure emarginata, dilute carnea. Glandulae quatuor ſatis evidentes. Siliqua latiuſcula, conpreſſa, cum ſtylo craſſo, brevique. Semina ex ovatis conpreſſa, margiginata.

H. Arabis foliis ovatis, ſcabris, ſiliquis recurvis *Enum. Helv.* p. 562. *Leucojum flore albo, ſiliquis uno verſu diſpoſitis & reflexis* H. OXON. *Heſperis Alpina, Murariae adfinis, ſurrecta, magna* I. B. II. p. 881. Proxima Turritidi *Ammanni* & forte eadem. Hae notae in adverſariis meis ſunt: Folia circiter ovata, ſed acuta & acute dentata, incana, ſcabra. Caulis cubitalis, ſiliquae corneae. Calyx ex albo pallens, deorſum non gibbus, ſegmentis cavulis. Petala caryophyllea, leviſſime emarginata, ſubpallida. Stamina duo valde breviora. Siliqua lata, conpreſſa, mucrone pro tuba ornata, fine obtuſo. Glandulae duae ad ſedem ſtaminum breviorum. Ex ſemine *Dilleniano* provenit, & olim a STAEHELINO ex montibus *Helveticis* miſſa eſt.

H. Chei-

H. Cheiranthus foliis lanceolatis, acutis glabris, LINN. *Enum. Helv.* p. 563. *Leucojum luteum vulgare* I. R. H. *Leucojum aureum* MATTH. p. 877. In muris *Baſileae, Genevae*, in *Hibernia, Anglia* BLAKSTONE.

β. Flore pleno AICHST. *Aeſt. Ord.* II. T. 4. f. 2.

H. Cheiranthus foliis lanceolatis, integerrimis, obtuſis, incanis LINN. *Leucojum aeſtivum, flore albo, purpureo, roſeo* I. B. II. p. 874. *Leucojum candidum, majus* DOD. *Coron.* p. 20. Icones varias dat VALLET. T. 90. Calyx adhuc deorſum gibbus magis quam priori.

β. Leucojum flore rubro, pleno AICHST. *Aeſt. Ord.* II. T. 1. f. 1.

H. Cheiranthus foliis obverſe ovatis, lanceolatis, obtuſis, ſcabris, vix ſerratis *Cliff. Leucojum marinum aliud, folio virente, craſſiuſculo* I. B. II. p. 877. *Heſperis maritima, anguſtifolia, exigua* I. R. H. Folia eundo dilatata, ovata, ſcabra. Flores grandes, uncia paulo breviores, qua nota facile ſecedit a ſequente. Calyx ſubasper, deorſum gibbus, tubuloſus, petala emarginata, purpurea.

H. Heſperis ſiliquis parvis, hirſutis, flore parvo rubello BOERH. DILL. *Hort. Elth.* f. 178. Flore minori inprimis a priori differt. Folia ſcabra, ovalia, obscure dentata. Flores minuti. Calyx albidis pilis hirſutus, deorſum valde gibbus. Siliquae ſeſcunciales, terminatae acuto ſpiculo ſolido. Flos purpureus, petalis emarginatis.

Leuco-

*H* Leucojum maritimum, latifolium, flore caeruleo, purpurascente I. B. II. p. 880. *Leucojum marinum, alterum, purpuro violaceum* LOBEL. *ic.* p. 333. Folia ſcabra, ovato acuminata, dentata, caulis ramoſus, nudus. Flores exigui, violacei. Siliquae ſcabrae, acuminatae.

H. Heſperis maritima, latifolia, ſiliqua tricuſpide. *Leucojum marinum* CAM. *hort. ic.* 29. *Leucojum majus* CLUS. p. 298.

Heſperis inodora, ſylveſtris. I. R. H. RUPP. T. I. p. 78. *Heſperis pannonica* II. CLUS. *Pann.* p. 335. 336. etſi noſtra odorata eſt. *Viola matronalis, flore purpureo, ſimplici* KYLLING. p. 170. In ſylva circa arcem *Grubenhagen* maxima copia, & ad arcem *Pleſſe.* Erigitur utique caulis in ſpontanea planta, & parum ramoſus eſt, flos vero dilute purpureus. In hortenſibus caulis ramoſior, flos albus, aut ſature purpureus. Neque enim alia eſt *Viola matronalis vulgi.*

H. Heſperis hortenſis, flore albo. *Heſperis* III. CLUS. p. 266. *Viola matronalis* DOD. *Coron.* p. 24.

*β.* Flore purpureo pleno.

*γ.* Flore albo pleno.

H. Heſperis peregrina, ſiliquis articulatis I. R. H. *Heſperis Syriaca* CAMER. *hort. ic.* 19. I. B. II. p. 379.

H. Heſperis exigua lutea, folio dentato, anguſto BOERH. *Monſpelii.* Caulis noſtrae humilis, vix pedalis. Folia longa, profunde dentata, & pene ſemipinnata, glabra. Calyx tubuloſus, cujus duo folia deorſum gibba ſunt.

Peta-

Petala longo ungue, bractea ovali, lutea. Stamina duo valde breviora. Siliqua gracilis, cylindrica, cornu ſolido, lineam longo, fungoſa ſpongiola coronato. Semen flavum, conpreſſum, ovale.

Heſperis anguſtifolia, incana, floribus amplis, luteis, ſiliquis longioribus AMM. n. *76.* *Leucoji lutei ſylveſtris ſpecies* THAL. p. 69. *Leucojum ſylveſtre* CLUS. *Pannon.* p. 338. Neglecta nuperis planta, caule recto, vix ramoſo, foliis lingulatis, aſperis, diverſiſſima a planta, quam in *Enum, Stirp. Helv.* p. 563. deſcripſi, a qua aliquot ſynonyma removere oportet. Legi in M. *Altenſiol. berg*, in rupibus ſeleniticis, & in ſaxis ad *Hohenſtein* M. HOFMANNUS.

H. Sinapiſtrum Indicum, pentaphyllum, flore carneo, ſpinoſum HERM. *Lupinus Arabicus* PON. *Bald.* p. 102. *Cleome floribus gynandris* LINN. *Hort. Cliff. Sinapiſtrum* RIV. T. 75. Calyx quadrifolius, acutus. Petala quatuor ochroleuca, aut pallidiſſime carnea, ovata, petiolata. Siliqua in longo petiolo, ex quo ad unciam ſuper petala naſcuntur ſex ſtamina, praelongis filamentis. Siliqua quadrangula terminatur disco fungiformi, Etiam ſuper ſtamina non ovarium, ſed petiolus eſt, ut ſtamina infra imum ortum ſiliquae naſcantur. r.

H. Cleome floribus dodecandris LINN. *Sinapiſtrum Luſitanicum, triphyllum, ſiliqua maxima, flore albo* I. R. H.

Flos

Flos difformis. Calycis foliola tria, ovato lanceolata, cava, minora, ut tamen majus ſit, quod opponitur maximo, imum vero quartum maximum, purpurascens. Petala etiam minora ſunt ad minus foliolum, majora ad majus, omnia petiolata, alba, emarginata, ſerrata. Siliqua & ſtamina ex intervallo petalorum minorum, decem, orta ex baſi ſiliquae, apicibus conpreſſis, ovatis. Siliqua teres, hirſuta, conpreſſa, ſtylo lineari, obtuſe bifido. Semina numeroſiſſima. r.

H. Cleome floribus hexandriis, genitalibus declinatis ſiliquis ſubulatis LINN. *Sinapiſtrum Luſitanicum, triphyllum, flore rubro, ſiliquis corniculatis* I. R. H. Calyx quadrifolius, foliis lateralibus minoribus. Petala quatuor in inferiori ſemicirculo grandem hiatum relinquunt. Duo erecta extus rufofusca, intus flaventia, duo horizontalia ſunt, latiora etiam, intus purpurea. Ad originem petalorum ſuperiorum tres globuli ſpongioſi, virides. Stamina ſex, a baſi ſiliquae orta. Ea exit per intervallum inferius inter ſtamina. Tuba ſubrotunda.

H. Petiveria PLUM. LINN. Calycis folium unicum, latum, triangulare, cum duabus lateralibus ſpinulis. Floris petala quatuor, alba, elliptica, oblonga, in parte inferiori poſita. ut ſuperne nullum ſit. Stamina ſex, apicibus ſagittatis. Fructus nobis nondum maturuit.

PAPILI-

## PAPILIONACEAE.

Aſtragalus ex alis ſpicifer, ſiliqua ovali, turgida, ſtyliſera *Enum. Helv.* p. 568. *Aſtragalus luteus, perennis, ſiliqua gemella, rotunda, veſicam referente* I. R. H. *Glaux* RIV. T. 108. Circa *Jenam* & in M. *Fuchsberg* abunde. Etiam ex *Sibiria.*

H. Aſtragalus Hiſpanica, ſiliquis epiglottidis forma majori *Hort. Lugd. Bat.* p. 75. bene. *Glaux Hiſpanica* RIV. T. 109.

H. Aſtragalus annuus, anguſtifolius, flosculis ſubcaeruleis, cauliculis adhaerentibus GARIDEL *ic.* 12. *Vicia ſeſamacea, apula* COL. p. 301. *Monspelii.*

H. Aſtragalus procerior, non repens, flore ex viridi flavescente H. *Elth.* p. 46. f. 45. *Aſtragalus Canadenſis* RIV. T. 104. *Aſtragalus Canadenſis, flore viridi flavescente* MARCHANT. p. 257. aut idem, aut proximus. In *Canada, Virginia.* ♃.

H. Aſtragalus caule erecto, ex alis ſpicifero, ſiliquis teretibus, hirſutis *Comment. Gott.* 1752. *Aſtragalus villoſus, erectus, floribus flavescentibus* AMMAN. n. 166. Folia elliptica, lanceolata, hirſuta. Florum ſpica denſa. Calyx albus, hirſutus. Petala ochroleuca. Siliqua hirſutie incana, teres, anguſta. Semina inaequaliter reniformia. Ex *Sibiria.*

Aſtragalus caule ramoſo, procumbente, foliis ovatis *Enum. Helv.* p. 565. *Aſtragalus* RIV. T. 103. *Aſtragalus*

*luteus, perennis, procumbens, vulgaris ſive ſylveſtris* I. R. H. In pratis & ſylvis abunde.

H. Aſtragalus triangularis MUNT. *ic.* p. 110. bene. *Aſtragalus Baeticus* RIV. T. 105. *Securidaca di Salamanca* ZANONI T. 25. n. 34.

H. Aſtragalus ſiliquis recurvis, depreſſis, hirſutis *Comment. Gott.* 1752. Ex *Perſico* ſemine. Parum erectus foliis acute emarginatis, hirſutis, florum ſpica brevi, albida, ſubpurpurea, ſiliqua in ſe ipſam recurva, linea diviſa, nigra, hirſuta, grandi pro floris portione.

H. Aſtragalus luteus, annuus, Monſpeliacus, procumbens I. R. H. *Aſtragalus ſiliqua curva* RIV. T. 107. *Hedyſarum alterum* DOD. *Cereal.* p. 160. *Monſpelii.*

H. Aſtragalus fruticoſus, Viciae folio BUXBAUM *Cent.* III.

H. Aſtragalus pedunculis radicatis, hirſutiſſimis, foliolis ex ovato acutis, ſaepe imbricatis MARTINI.

H. Aſtragalus pedunculis folio ſupparibus, floribus pendulis, ſiliquis erectis & longis, parum conpreſſis MARTINI.

H. Aſtragalus hirſutus, caule erecto, pedunculis folio longioribus MARTINI.

H. Aſtragalus caulibus erectis, ramoſiſſimis, pedunculis folio longioribus, floribus laxis MARTINI. Hi quinque hoc anno provenerunt, & nondum flores explicuerunt.

H. Pelecinus I. R. H. *Utrinque ſerrata* RIV. T. 101. In *Gallia calidiori, Italia.*

H. Api-

H. Apios Americana CORNUT p. 201. RIV. T. 165: *Glans terreſtris, Americana* MUNTING *ic.* 107. In *Virginia, Canada.*

H. Pſoralea foliis pinnatis, foliolis linearibus, acuminatis ROYEN. *Geniſtae affinis arbor Africana, monospermos, flore caeruleo, foliis pinnatis* HERM. *Hort. Lugd. Bat. Spartium Africanum* RIVIN. *tetrap. irreg.* T. 5. r.

Vulneraria foliis ad terram ſimplicibus, ovatis, ad caulem pinnatis *Enum: Helv.* p. 570. *Vulneraria ruſtica* GESN. *Hort.* p. 287. In M: *Heymberg* aridis &c.

β. Flore flavo.

H. Vulneraria ſupina, flore coccineo DILL. *Hort. Elth.* T. 320. In agro *Bernenſi,* in *Alpibus Valeſiacis.* Flos albidus, roſtro purpureo. Varietas prioris.

H. Vulneraria pentaphyllos. *Anthyllis Hiſpanica* RIV. T. 18. *Anthyllis veſicaria, Hiſpanica* MUNTING. f. 101. *Trifolium halicacabum* CAMER. *hort. ic.* 47.

H. Vulneraria foliis ternatis, floribus umbellatis. *Trifolium bituminoſum* RIV. T. 14. *Trifolium bituminoſum, inodorum* AICHST. *Aeſt. Ord.* X. T. 11. f. 2. *Trifolium asphaltites* CAMER. *Epit.* p. 581. In *Hetruria, Minorca, Italia.* Sub umbella folia tria digitata.

H. Vulneraria foliis pinnatis, ſericeis, nitentibus *Barba Jovis* RIVIN. T. 4. *irreg. tetrap. Barba Jovis recentior* MUNT. f. 53. Convenit ſilicula monoſperma Stamina omnia decem connata ſunt.

R 3 H. Dory-

H. Dorycnium Hiſpanicum CLUS. *hiſp.* p. 202. *Enum. Helv.* p. 570. In agro *Veronenſi, Provincia, Rhaetia, Hiſpania, Minorca, Monſpelii.*

H. Lotus tetragonolobos, flore rubro RIV. T. 80. *Lotus pulcherrima, tetragonolobos* CAMER. *ic.* 26.

Lotus ſcapo unifloro, procumbente, ſiliquis quadrangulis, alatis. *Enum. Helv.* p. 571. *Lotus tetragonolobos* RIV. T. 39. Circa *Langenſalze,* circa *Altenbergen Thuringiae.* In *Helvetiae* pratis udis frequens

Lotus ſiliqua gemina, peregrinus BOERH. Flos unus vel duo, Calycis duo ſegmenta ſuperiora longa, ſeparata a tribus inferioribus. Flos flavus. Vexillum anguſtum, petiolatum, plicatum, ovata bractea, intus fuſcis lineis pictam. Alae carina longiores, argutis auriculis, bractea oblique ovali. Carina bipes, roſtro argutiſſimo, caeruleo. Siliqua ad utramque valvae commiſſuram duabus membranulis percurſa. Tuba ſub fine latescens. Semina ovato conpreſſa.

H. Lotus villoſus, flore altiſſimo, glomerato I. R. H. *Lotus Libyca* RIVIN. T. 78. In *Palaeſtina.* Flores minimi, albo purpurei. Calyx ex purpura pallet.

H. Lotus pentaphyllos, ſiliquoſus, villoſus I. R. H. *Lotus haemorrhoidalis , flore albo & ſuave rubente* BARR. *ic.* 1033. *Lotus incana* RIV. T. 77. *Monſpelii.* Calyx villoſus, denticulis quatuor ſurſum curvis, imo rectiori, longiori. Flores calyce parum longiores. Vexillum ſtria-

tum

tum, plicatum, ungue lato, cavo, flore albo ſubrubello; alae auriculatae, bractea ovali. Carina bipes, alis brevior, roſtro fusco. Tuba globulo terminata. Siliqua inflata, teres, erecta, ſpadicea. Semina octo & ultra, breviter reniformia

Lotus floribus umbellatis, ſiliquis pendulis, caule erecto *Enum. Helv.* p. 571. *Lotus* RIV. T. 76. In ſylvis *und an Sträuchen unter der Papiermühle, am Bovender Galgen.* A ſequente diverſum eſſe, non ſatis adfirmo.

Lotus floribus umbellatis, ſiliquis pendulis, caule procumbente *Enum. Helv.* p. 572. *Lotus ſive Melilotus pentaphyllos, minor, glabra* C. B. Ad vias ubique.

H. Lotus oligoceratos, Cretica, lutea, ſiliquis longis, erectis MORIS. *Loto ſylveſtre di Dioscoride* PONA *Bald.* p. 153. Calyx tubuloſus. Duo ſegmenta ſuperiora recurva, tria inferiora recta, medium longiſſimum. Flos flavus. Petalum ſuperius gracili petiolo, orbiculatum, intus fuscis ſtriis pictum. Alae carina longiores, auriculis brevibus obtuſis. Carina bipes, argutiſſima, ut in omnibus Lotis. Siliqua teres, gracilis, ſeptis celluloſis numeroſis diſtincta. Semina lenticulata.

H. Lotus polyceratos, fruticoſa, Cretica, argentea, ſiliquis longiſſimis, propendentibus, rectis H. OX. II. p. 177. r.

H. Lotus anguſtifolia, flore luteo, purpurascente, Inſulae S. Jacobi *H. Amſt.* II. c. 83.

H. Lotus Ornithopodii ſiliquis I. R. H. *Lotus peculiaris, ſiliquis Ornithopodii* CAMER. *hort. ic.* XXV. *Lotus, ſiliqua arcuata* RIV. T. 76.

Ornithopodium foliis pinnatis, ſiliquis articulatis, levioribus *Enum. Helv.* p. 572. *Ornithopodium, Polygala Dioſcoridis* LOBEL. *ic.* II. p. 81. In arenoſis verſus *Cellam* abunde. Minima foliola, ſiliquae diſtinctis & paucioribus ovatis, rugoſis, articulis factae, in unguem brevem terminatae.

H. Ornithopodium ſcorpioides, ſiliqua conpreſſa I. R. H. *Ornithopodium αιγοκερατιον* MORIS. p. 125. S. II. T. 10. f. 15. *Scorpioides leguminoſa* LOB. II. p. 95. I. B. II. p. 349. In *Italia. Monſpelii.* Folia mollia, pinnata. Flores flavi. Siliquae longae, incurvae, articulis minus diſtinctis, venoſis, hirſutulis, pene ovatis, fine in uncum longum exeunte.

H. Ornithopodium ſiliquis ſemicircularibus, leviſſimis. Siliqua penitus abſque articulis, ſemicircularis, curva, aequabilis, cinerea, longis articulis, & duris ſtriatisque. Folia pinnata. Vexillum bicorne, flavum, lineis aurantiis varium. Calycis dens ſuperior valde brevis, profunde inciſus, a reliquis non valde ſeparatus. Alae & carina obtuſa, fiſſilis iſta & bipes. Tubae apex globoſus.

H. Ornithopodium Portulacae folio I. R. H.

Ferrum

Ferrum equinum, ſiliquis umbellatis, utrinque emarginatis *Enum. Helv.* p. 573. *Ferrum equinum, Germanicum, ſiliquis in ſummitate* C. B. *Ferrum equinum, capitatum* COLUMN. p. 301. Paſſim in aridis, ut in monte, qui ad ſiniſtra viae *Rohringenſis* eſt, & prope *Pleſſe*.

H. Ferrum equinum, ſiliquis ſolitariis, utrinque exſciſſis. *Ferrum equinum* RIV. T. 97. *Ferrum equinum vulgare* COLUMN. *Ecphras.* p. 300. *Ferrum equinum, ſiliqua ſingulari* GARIDELL. T. 114. In *Italia*.

H. Scorpioides ſiliqua craſſa. Campoides RIV. T. 96.

H. Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis, magis in ſe contortis MOR. GARIDELL. T. 20. *Clymenum* COLUMN. *Ecphras.* p. 656.

H. Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis, minus contortis I. R. H. *Campoides ſiliqua hiſpida* RIV. T. 96.

H. Scorpioides Bupleuri folio, ſiliquis lenibus. r.

H. Scorpioides ſiliqua cochleata & ſtriata, Olyſſiponenſis I. R. H.

H. Aeſchynomene caule hiſpido, foliis acuminatis, leguminum articulis ſuborbicularibus ROY. *Hedyſarum, caule hirſuto, Mimoſae foliis, alatis, pinnis acutis, minimis, gramineis* SLOANE *Iourn. to Jamaic* I. p. 186. T. 118. f. 3. Sub flore duo foliola ovato lanceolata, ſerrata. Calyx bivalvis. Valva ſuperior bifida, pallens, inferior trifida, dente medio minore. Vexilli petiolus brevis & incurvus, caete-

R 5

caeterum alis aequale eſt, pallerque, lineis in dorſo rubris pictum. Alae petiolo brevi, auriculis retrorſum euntibus, longis, bractea ovata, linea purpurea majori diſtincta. Carina breviter bipes, appendicibus proximis, mucrone longo, acuto. Vagina ſtaminum fiſſilis in duos petiolos, ſingulum pentaſtemonem. Stamina quinque longiora, quinque breviora. Siliqua nunc inflexa, hirſuta, mucrone ſimplici, matura articulata, articulis ſex ſeptemve reniformibus, craſſis, Semen magnum, reniforne, vireſcens. r.

H. Hedyſarum ſpinoſum, foliis ellipticis, ſolitariis. *Alkagi Maurorum* TOURN. *Cor.* RAUWOLF. p. 94.

H. Hedyſarum Hiſpanicum, ſupinum, annuum, anguſtifolium, floribus parvis, ex albo purpuraſcentibus SALVADORE apud BOERH.

H. Hedyſarum clypeatum, flore ſuaviter rubente AICHST. *Aeſt. Ord.* XIII. T. 2. f. 1. *Hedyſarum* RIV. T. 98. Icon exſtat *Bresl, Samml*, 1718. *M. Sept.* In *Italia*, *Toscana* &c.

β Flore albo.

H. Hedyſarum annuum, ſiliqua aſpera, undulata, intorta TOURN. *Hedyſarum ſiliquis undulatis* RIV. T. 99. *Hedyſarum clypeatum, minus, ſuave rubens* BARR. ic. 1180. In *Italia*.

Onobrychis ſpicis denſioribus, ſiliquis aſperis. *Enum. Helv.* p. 577. *Onobrychis* RIV. T. 2. DOD. *Cereal.* p. 166. *Onobry-*

*Onobrychis foliis Viciae, fructu echinato, major* C. *B.* In *Alpibus Helveticis, Rhaeticis.* Paſſim ad vias aridas, apricas *Germaniae*, circa *Jenam, Wormatiam.*

H. Onobrychis ſpicis rarioribus, ſiliquis aculeatis. *Onobrychis Cretica, foliis Viciae, fructu magno, criſtato & aculeato* TOURN. *Caput gallinaceum, minus* C. B. *Prodr.* p. 149. In *Gallia calidiori.* Spica fiorens brevis. Calycis ſegmenta arguta, latiuscula, Flos parvus, purpureus. Vexillum plicatum, lineatum. Alae carina breviores, obtuſae, longis auriculis. Carina obtuſo roſtro. Siliqua longe major, quam priori, articulo unico, non ſolum per externum marginem denticulato, ſed in tota ſuperficie alveolato, alveolorum areis in ſpinam exeuntibus.

H. Glycyrrhiza RIV. *tetrap, irreg.* T. 64. *Glycyrrhiza vulgaris* DOD. *Coron.* p. 66. In *Tartaria, Perſia* ad *Tigrim*, circa *Aſtracan, Damaſci*, in *Podolia.*

H. Sophora LINN. *Ervum Alopecuroides, perenne, Orientale, fructu longiſſimo* DILL. *Hort. Eltb.* T. 112. Indigo Georgiae & Carolinae, quod ajunt vera Indigo melius eſſe (KALM.)

H. Corallodendron. *Arbor Coral Americana* H. AMST. I. n. 108.. *Muricu* H. MAL. *T. VI, tab.* 7. *Arbuſcula Corallii* FERRAR. *flor. p.* 381. In *America, Amboina* RUMPF L. III. c. 33.

H.

H. Galega BLAKWELL. T. 92. MATTH. p. 739. Flore albo.

β. Flore ſubcaeruleo.

In *Rhaetia*, *Italia*, *Hibernia*, *Palaeſtina*; ad *Euphratem* RAUWOLF.

H. Coronilla fruteſcens, ſiliquis longiſſimis, obſcure articulatis *Enum. Helv.* p. 575. *Coronilla major* RIVIN. T. 95. *Emerus* I. R. H. *Veronae*, *Monspelii*. In *Helvetiae* montoſis.

H. Coronilla Hiſpanica, fruteſcens, major BOERH. *Polygala Valentina* I. CLUS. *hip.* p. 197. *Coronilla* RIV. T. 92. *Monspelii*. Stipulae magnae ad ortum ramorum. Habitus glaucus, flores flavi, faetentes.

H. Coronilla - - - - Diverſa ſtipularum defectu, caule nudo - - Non floruit.

Coronilla montana RIV. T. 93. *Colutea ſcorpioides altera* CLUS. *Pannon.* p. 96. In *Helvetia au roc Mille deux, au rocher du Corbeau* entre *Boinau & la Sagne*. In M. *Krinizberg*, in collibus *Auſtriae*: Folia novem & undecim, ovata, nervo in ſpinulam exeunte, emarginata vel retuſa, glabra & glauca. Caulis erectus, cubitalis. Umbellae in ſummo florum quatuordecim. Calyx campaniformis, difformis. Superiora duo ſegmenta ſibi vicina, inferiora triangularia, imum longiſſimum. Vexillum a reliquis petalis ſeparatum, reflexum. Alae loco aurium habent appendicem obtuſam; carina longiores. Iſta arguta & longa. Siliqua articulata, articulis anguloſis, diſtinctis, non ſemper monospermis. Semen ovato triquetrum.

Cor-

Coronilla herbacea, flore vario *Enum. Helv.* p. 574. C. B. *ſupplem. flor. Pruſſ.* T. I. *Securidaca altera* I. CLUS. *Pann.* p. 478. In ſegetibus *Thuringiae.* Siliquae plerumque inperfectae, unico & duobus articulis

H. Coronilla Cretica, herbacea, flore parvo, purpuraſcente I. R. H. Siliquae longae, articulatae. Flores Priori longe minores. r.

H. Colutea *Enum Helv.* p. 575. MATTH. p. 783. *Colutea veſicaria* I. B. I. R. H. SABBATI *plant. Roman.* *Veronae*, *Neocomi* in *Helvetia*, in *Palaeſtina.*

H. Colutea Aethiopica, Barbae Jovis folio, flore phoeniceo I. R. H. *Colutea Aethiopica.* RIV. T. 21. *Colutea Aethiopica flore purpureo* BREYN. *Cent.* p. 29. *Colutea veſicaria, Aethiopica* MUNTING. f. 44.

H. Colutea Africana, annua, veſiculis conpreſſis, foliis parvis, mucronatis & cordatis COMM. *H. Amſt.* II. p. 44. *Colutea Africana, veſicaria, veſiculis conpreſſis, floribus atrorubentibus* VOLC. flor. p. 118.

H. Securidaca RIV. T. 83. *Enum. Helv.* p. 576. *Securidaca lutea, major* C. B. *Hedyſarum* I. DOD. *Cereal.* p. 159. In *Italia.*

H. Pſeudoacacia RIV. T. 63. *Pſeudoacacia vulgaris* SEBA T. XV. f. 1. *Acacia Americana Robini* CORNUT. p. 173. *Robinia aculeis geminatis* CLIFF. *Acacia de l'Amerique*

CHAR-

CHARLEVOIX n. 18. 9. In *Virginia*, & nunc paſſim in areis ante domos.

H. Lupinus flore caeruleo, *vel rubro* RIV. T. 27. *Lupinus exoticus*, *hirſutiſſimus* I. B. II. p. 89.

H. Lupinus ſativus, major, flore purpureo AICHST. l. c. f 1. *Monspelii*. Calycis duo ſuperiora ſegmenta ad ſe invicem converſa, acceſſoria duo, imum acutum, tridentatum. Stamina decem connata, quinque longiora & totidem breviora.

H. Lupinus flore albo CLUS. CCXXIIX. RIVIN. T. 25. *Lupinus ſativus* DOD. *Cereal.* p. 123. Calycis ſegmenta duo, ſuperius breviter inciſum, inferius tridentatum. Stamina decem connata.

H. Lupinus flore caeruleo, minore RIV. T. 28. *Lupinus ſylveſtris*, *foliis anguſtioribus* CAMER. *Epit.* p. 217. *Lupinus Indicus* CORNUT. p. 207. Calycis ſegmenta duo ſuperiora & inferius tridentatum. Semen ſcabrum.

H. Lupinus ſylveſtris, flore luteo RIVIN. T. 26. CAMER. *Epit.* p. 217. *Monspelii*. Calycis folia ſuperiora duo diſtincta, inferius tridentatum, lateralia acceſſoria. Stamina connata.

H. Phaſeolus puniceo flore CORNUT. p. 185. CHARLEVOIX n. 87.

H.

H. Phaſeolus vulgaris. *Phaſeolus* DOD. *Cereal* p. 99. CAMER. *Epit.* Mire ludit colore ſeminis & mole, ſemine luteo, rufo, nigro, maculato majori, albo & caeruleo, albo & variegato, nigro & rubro.

H. Phaſeolus flore ſubrubello, ſemine caeruleo nigreſcente. Diſtincta planta a priori, Duo foliola ad calycem acceſſoria minora, quam phaſeolis vulgaribus. Calyx campaniformis, ſuperiori ſegmento inciſo, inferioribus triangulis. Vexillum viride, reflexum, inciſum, ungue perbrevi. Alae breviſſimo filamento, & arcu, albae, amplae, ovatae, rectae, etiam unius coloris. Carina cochleata, ſeſſilis. Stamen decimum diſtinctum. Vagina curva. Tuba ſimplex. Fructus latus, incurvus, granulis in ſuperiori linea notatus. Semen cervine rubellum, ſtriis non diſtinctis varium, hortenſibus latius.

H Phaſeolus - - - In *Virginia* ad ripas maris. Calycis ſegmentum ſuperius ſimplex, magnum, triangulare, acceſſoria duo. Flos colore iſabelle. Vexillum amplum, absque tumoribus, reliqua petala conprehendens. Alae parvae. Carinae principium amplum, bipes, finis falcatus, violaceus, ſenſim in cochleam contortus. Semen cinereo varium, baſi plana, hilo albo, cylindri portioni ſimile.

H. Phaſeolus Americanus, flore cochleato, odorato, vulgo Caracalla. *Phaſeolus Indicus, flore cochleato* TRIUMPH.

TRIUMPH. *Obſerv.* 92. 93. Calyx tubuloſus, cylindricus, dentibus brevibus, latis, pellucentibus. Vexillum aliquoties repetito in cochleam flexum reliqua petala continet, & album eſt, violae colore adſperſum. r.

H. Dolichos ſiliquis latiſſimis, ſuperne verrucoſis. *Phaſeolus Aegyptiacus, ſemine nigro* I.R.H. *Phaſeolus niger lablab* P. *Alp. Aeg.* p. 75. Calycis ſegmentum ſupremum craſſum, breviter inciſum, firmiſſimum, remotum a tribus inferioribus rectis. Folia duo acceſſoria calycis, ut in Lupinis. Flos durus firmusque. Bractea vexilli lata, plicata, cordiformis, ſubrecta, validiſſimis tumoribus reliqua petala conprehendit, ibique duabus maculis inſcribitur. Alae pene quadratae, amplae, carina longiores, purpureae. Carina bipes, longiſſimo mucrone, obtuſo violaceo tumore notata. Siliqua lata, in commiſſura ſuperiori latior, granuloſa. Semen latum, magnum, nigrum, albo arcu pictum, conpreſſum.

β Phaſeolus Aegytiacus, ſemine ruſo C. B. flore albo.

H. Dolichos ſiliquis anguſtis, ſurſum rigentibus. *Phaſeolus orthocarpos* RIVIN. T. 32. Calycis dentes quinque, ſuperiores duo ad ſe invicem converſi, inferiores rectiores. Tubus cylindricus, conpreſſus. Vexillum amplum, plicatum, extus ſubluteum, intus violaceum. Alae carinae aequales, hamis brevibus, magnae, violaceae. Carina profunde roſtrata, fine

ſine ſemibipes. Tuba ſub apice latior & barbata. Siliqua erecta, rigens, teres. Semina reniformia, longiora. Variat ſemine flaveſcente & ſemine violaceo.

H. Dolichos caule perenni, lignoſo *Hort. Cliff.* T. 20. Calycis foliola duo acceſſoria. Verus calyx ſuperius exciſus, inferius tribus latiusculis dentibus diviſus. Vexillum latum, emarginatum, reliqua petala ſuis tumoribus caſtigat, inter quos peculiaris ſulcus eſt. Color roſeus & unguis cordiformis, albus. Alae carinae aequales, petiolatae, fine ovali, hamis rectangulis. Carina lata, hamis brevibus & in principio latis, roſtro acutiusculo, violaceo. Vagina firma. Siliqua longa, polyſperma, paulum curva. Tuba erecta, ſub apice barbata. Semen ex ovato conpreſſum, hilo albo, nigro & cinereo maculoſum. r.

H. Dolichos volubilis annuus. *Bona viſta* LIGON. HUGHES p. 216. *Phaſeolus maximus, perennis, floribus ſpicatis, albis, ſpecioſis, ſiliquis levibus. latis, ſemen album, hilo albido fere circumdante* SLOANE *Jamaic.* I. p. 177. T. 133. f. 1. 2. 3. Flos albus. Calycis ſegmentum ſuperius argute bicorne, inferiora triangula, acceſſoria duo. Vexillum latum, emarginatum, magnis tumoribus reliqua petala conprehendit. Alae amplae, carina longiores, brevibus hamis. Carina anguſta, ad angulum rectum flexa, fine acuminato. Stamen unum latiſſimum & novem connata. Tuba ſub finem latescens,

conpreſſa. Siliqua lata, absque alis. Semen amplum, ovatum, album, hilo albo.

H. Foenum graecum, ſiliquis enſiformibus. *Foenum graecum* RIV. T. 81. CAM. *Epit.* p. 199. bene.

H. Foenum graecum, ſiliquis binis, anguſtis, obtuſe flexis. *Foenum graecum, ſylveſtre, alterum* DODON. *Pempt.* p. 547. Siliqua longa, venoſa, gracilis, paulum curva. Semina ovata, lata. Siliquae geminae uno ex loco prodeunt, vix plures.

H. Foenum graecum, ſiliquis quinis, longis, ſemicircularibus. *Foenum graecum, ſylveſtre, polyceration, majus, Creticum* BREYNE *Cent.* I. T. 33. *Hedyſarum minus, toroſa ſiliqua* BARR. ic. 257. Siliqua venoſa, ſemicircularis, latior quam primae ſpeciei. Semina cylindrica, grandiora. Siliquae quatuor, aut quinque ex uno loco.

H. Foenum graecum, ſiliquis numeroſis, ſeſſilibus, incurvis. *Foenum graecum, polyceration* RIV. T. 82. *Securidacae genus triphyllon* I. B. II. p. 373. *Foenum graecum, ſylveſtre, minus, Monſpeliacum* BREYNE T. 33. *Centur.* I. Siliquae multae ex uno loco, radiatae, ſeſſiles, breviores inter reliquas, venoſae, curvae, robuſtae.

H. Foenum graecum, ſiliquis ſpicatis, incurvis. *Melilotus corniculis reflexis, major* I. R. H. *Melilotus Italica, folliculis recurvis* I. B. II. p. 322.

H. Me-

H. Medicago trifolia, fruteſcens, incana I. R. H. *Falcata incana* RIV. T. 85. *Cytiſus Maranthae* LOB. II. p. 46. MARTYN. *Georg.* p. 232, qui pro vero Cytiſo veterum habet. In *regno Neapolitano*, alibique in calidis regionibus. Siliqua venoſa, dura, orbicularis, ſed hilo rotundo exciſa. A reliquis Medicis etiam calyce lato, latisque triangularibus ſegmentis inciſo differt.

H. Medica foliis pinnatis, extrema pinna maxima. *Medicago Vulnerariae facie, Hiſpanica* I. R. H. *Auricula muris* CAMER. *hort. ic.* 8. *Falcata foliis Anthyllidis* RIV. T. 87. Siliqua ovata, reniformis, ſemel flexa, per oram breviſſime radiata.

H. Medica ſiliqua reniformi, ciliata, ampliſſima I. R. H. *Lunaria radiata Italorum* LOB. II. p. 39.

Medica floribus racemoſis, ſiliquis incurvis, monoſpermis *Enum. Helv.* p. 579. *Melilotus minima* RIVIN. T. 8.

Medica caule procumbente, ſiliqua ſemel inflexa, floribus racemoſis *Enum. Helv.* p. 579. *Falcata* RIV. T. 84. Ubique in pratis, in *ipſa urbe in coemiteriis.* Siliquae parum curvae, longo filo terminatae.

H. Medica fructu orbiculato, conpreſſo, plano RIV. T. 88. *Trifolium cochleatum* DOD. *Cereal.* p. 206. *Medica cochleata, major, dicarpos, capſula fructus conpreſſa, nigra, plana, oris crispis* MOR. II. p. 152. & n. 1. Gyri tres magni, duo mediocres, duo minimi, omnes lati, conpreſſi, & totus fructus minime craſſus. Semina in

centro fructus, multo ſuis valvulis minora. *Monſpelii.*

H. Medica caule erecto, floribus ſpicatis, ſiliquis repetito intortis, glabris *Enum. Helv.* p. 578. *Medica* DOD. *Cereal.* p. 209. *Luſerne* SPECT. *de la Natur.* III. p. 26. Flore violaceo & flavo variat, & in *Helvetiae* calidioribus, in *agro Veronenſi* naſcitur, & prope *Wormatiam.*

H. Medica fructu tornatili RIV. T. 88. Fructus cylindricus, gyros perfecte aequales leves habet ad quinque usque, cum uno minori.

H. Medica fructu ſcutellato RIV. T. 88. MOR. T. 15. f. 3. *Monſpelii.* Gyri ſex & ultra, in ſpeciem coni contorti, medio maximo, ut extremos conprehendat, a primis, ut glans in cupula, receptus. Flores ſolitarii.

H. Medica fructu turbinato RIV. T. 88. Fructus ovatus, gyris ſibi viciniſſimis, nigris, extremis minoribus, mediis inſtar dolii paulo latioribus, circiter ſex. Flores ſolitarii.

H. Medica fructu rugoſo RIV. T. 88. *Medica cochleata, major, dicarpos, fructus capſula conpreſſa, orbiculata, rugoſa, alba* MORIS. p. 552. n. & f. 3. Elegans planta, fructu cervini coloris, cylindrico, ſed brevi, tribus tantum ſpiris aut quatuor, filo percurſis, ex quo obliquae lineae ſpirae adhaerentes utrinque exeunt. Totae etiam venulis percurruntur. Flores racemoſi.

H. Medica cochleata, dicarpos, fructus capſula turbinata, rugoſa MOR. T. 15. f. 6. *Medica magna, turbinata*

I. B.

I. B. II. p. 384. Fructus ex cylindrico ovalis, trium vel quatuor ſpirarum, filamento percurſarum; ad cujus ſuperiora & inferiora unus utrinque ordo tuberculorum obtuſorum eſt. Siliquae congeſtae, habitus glaber. *Monspelii.*

H. Medica echinata minor. *Cochleata fructu echinato, minori*, RIV. T. 88. Huic minimi fructus, ſpirae duae cum dimidia, planae, venoſae; ſpinulae breviſſimae ex medio funiculo, ſurſum deorſumque directae.

H. Medica coronata, priori ſimilis, ſed ſpiris diſtantibus, ſpinis lineam pene longis, ſurſum & deorſum ad angulos rectis majoribus emiſſis. Habitus glaber.

H. Medica coronata, a priori diverſiſſima, ſpiris tribus in cylindrum denſe adunatis, absque intervallis, non venoſis, ſpinis brevibus, rectis & conicis, foliis hirſutis. A *Cherleriana* etiam differt. Folia hirſuta, rhomboidea; flores gemelli & ſinguli.

H. Medica frutescens, incana, ſiliquis cochleatis. *Medica lutea, gnafalitea marina, noſtra e litore Veneto* DONAT. p. 63. *Medica marina* CLUS. *hiſp.* p. 472. *Cochleata incana* RIV. T. 91. In *Hiſpania* & *Gallia Narbonenſi*, & *Monspelii*; & in *Hetruriae* maritimis. Fructus cylindricus. Spirae tres adunatae; ſpinis brevibus duorum ordinum.

H. Medica fructu turbinato, breviori, breviſſime echinato. Videtur *Medica cochleata, dicarpos, capſula ſpinoſa, rotunda, minore, rarius ſpinis craſſioribus & brevioribus*

 arma-

*armata* MORIS. p. 153. n. 11. f. 18. *Cochleata fructu echinato, rotundo* RIV. T. 88. Fructus ovatus, brevis, ſubhirſutus, echinatus, ſpinis alternis, brevibus, argutis. Gyri quinque, praeter inperfectos. Folia hirſuta. Flores ſolitarii.

H. Medica - - - Gyri tres majores, duo minores, ex polygono multilatero facti, potius quam ex circuli arcubus. Spinae paucae, diſtantes, breves.

H. Medica turbinata, echinata RIV. T. 88. Fructus ovato cylindricus, ſpiris proximis, ſpinis linea brevioribus, gyris quinque praeter inperfectos.

H. Medica fructu turbinato, echinato, rigidior. *Cochleata fructu durius echinato* RIV. T. 88. r.

H. Medica quae Cochleata fructu longius echinato RIV. T. 88. *Trifolium cochleatum* II. DOD. Fructus ex rotundis conpreſſi, trium gyrorum ad quinque, praeter inperfectos. Spinae linea longiores, perfecte exſtantes & patulae. *Monſpelii.*

H. Medica foliis oblongis, argute dentatis, fructu globoſo, ſpinoſo. *Medica cochleata, dicarpos, capſula ſpinoſa, craſſiore, ſpinulis brevibus & rarius diſpoſitis* MORIS. l. c. n. 13. 14. f. 20. 21. *Trifolium fructu echinato, foliis eleganter diſſectis* MAGNOL *Bot. monop.* p. 271. *Trifolium echinato capite* MARCHANT. p. 313. *Cochleata Syriaca* RIV. T. 91. *Trifolium cochleatum, ſpinoſum, Syriacum, laciniatis foliis* BREYN. *Centur.* p. 34. Fructus pene ſphaericus, quatuor vel quinque gyrorum, praeter inperfectos,

fectos, ſpinis linea longioribus, patentibus ad angulos obtuſos.

H. Medica ſpinoſa, fructu conico truncato, ſpiris diſſitis, quinque ad octo, praeter duas inperfectas, ſpinis ex utroque gyri margine ſurſum & deorſum euntibus, dimidia linea brevioribus

H. Medica fructu ovato, anguſtiori, hirſuto. Siliqua ovalis, hirſuta, ſpinis diſtinctis, poſt priorem maxima, octo & ultra gyrorum praeter minores. Spinae ad angulos ſemirectos extſtant, & ſe decuſſant, rectae, lineam longae. Folia rhomboidea, non maculata.

H. Medica cochleata, ſpinoſa, major, dicarpos, capſula ſeu ſpinis longioribus, ſurſum & deorſum tendentibus MORIS. f. 2. p. 123. n. 8. ic b. 9. a priori diverſa foliorum figura rhomboide absque maculis. *Medica fructu echinato, maximo* RIVIN. T. 88. Fructus ovalis, ſpinis curvis, bilineraibus, totus tectus, ut ſpirae abscondantur: gyri pene octo, conferti, praeter minores. Semina Phaſeoli forma, nigra, maxima. Folia maculoſa, ſed maculae per aetatem evaneſcunt. In *Anglia* paſſim.

Medicas cochleatas omnes conjungit Cl. LINNAEUS, diverſiſſimas foliorum figura, ſerris, glabritie & hirſutie, fructu, colore demum floris, ut omnino hic ab ejus inſtituto, caeterum utili, varietates amputandi, nobis recedendum ſit. Mererentur propriae disputationi materiem praebere. Pleraeque autem naſcuntur in regionum calidarum ſegetibus, inprimis in *Sicilia*.

H. Melilotus ſupina, latifolia, ſiliqua lata, conpreſſa AMMAN. *Act. Petrop.* Vol. VIII. p. 209. *Comment. Gotting.* 1751. p. 214. T. 13. *Trigonella* LINN. *Cliff.* Ex *Sibiria.*

H. Melilotus Cretica, fructu orbiculari, plano, maximo I. R. H.

Melilotus foliis erectis, crenatis, ſpicis reflexis, ſiliculis rugoſis, *Enum. Helv.* p 587. *Trifolium odoratum, alterum* DODON. *Cereal.* p. 200. Flore luteo.

β. Flore albo. *Suendadi pulla* H. MAL. IX. T. 40. In agris paſſim.

H. Melilotus foliis hirſutis, rariter dentatis, ſcapo paucifloro *Comm. Gotting.* T. 11. *Melilotus puſilla, capſula monoſperma* GMEL. Folia longiora quam vulgari Meliloto, in apice rariter dentata. Spica rara florum pendulorum. Semina duo in ſiliqua latiori quam vulgaris Meliloti. In *Sibiria,*

H. Melilotus Italica RIV. T. 7. CAMER. *hort. ic.* 29. *Melilotus magno ſemine, rotundo, rugoſo* I. B. II. p 37.

H. Melilotus ſiliquis & floribus minimis, denſe ſpicatis. *Melilotus lutea, minor, floribus & ſiliculis minoribus, ſpicatim & denſe diſpoſitis* MORIS. II. p. 167. Siliquae minimae, rugoſae, monoſpermae, flores exigui, in denſam ſpicam conferti.

H. Melilotus minima, recta, lutea, ſiliquis craſſis, curtis, in capitulum congeſtis, ſemine Foeni graeci H. OX. II p. 162. T. 17. f. 9. T. 15. f. 9. *Trifolium fructu racemoſo*

BOC-

BOCCONE *Muſ. plant.* T. 124. Accedit etiam ad Melilotum ejusdem auctoris n. 6. Siliquae majusculae, rugôſae, hinc convexae, inde concavae, ſemine unico, ovato, hilo exciſo.

H. Melilotus major, ſativa, violacea. *Lotus urbana* AICHST. *Aeſt.* *Ord.* X. T. 10. f. 1. *Melilotus caerulea* RIV. T. 9. *Meliloto di ſpecie ſingulare* PON. *Bald.* p. 53. *Trifolium odoratum; alterum* DOD, *Cereal*, p. 200. In *Bohemia, Campania.*

Trifolium racemis ovatis, ſtrepentibus, caule diffuſo *Enum. Helv.* p. 580. *Lupulinum* RIV: *tetrap. irreg.* T. 10.

Trifolium racemis rarioribus, ſtrepentibus, caule erecto *Enum. Helv.* p. 581. *Trifolium lupulinum, alterum, minus* RAI. *Syn.* III. p. 330. T. 14. f. 3. Abunde in pratis *um den Weſterhofteich, bey Endigehauſen.*

Trifolium racemis ovatis, ſtrepentibus, maximis, caule erecto *Enum. Helv.* p. 581. *Trifolium lupulinum, montanum* C. B. *Prodr.* p. 140. In ſylvis, v. g. inter *Wehnde* & *Pleſſe.*

Trifolium caule procumbente, & florigeris & folioſis petiolis longiſſimis *Enum. Helv.* p. 581. *Trifolium pratenſe, flore albo, minus, & ſemine glabrum* I. R. H. *Trifolium repens* RIVIN: T. 13. Varietates innumerabiles MICHELIUS habet, varias foliorum figura & maculis, & ſeminum numero, & foliis quaternis, & capite viviparo.

S 5 Trifoli-

Trifolium ſpicis ovatis, calycibus ſericeis, inflatis *Enum. Helv.* p 582. *Trifolium noſtras, purpureum, folio oblongo* VAILL. T. 22. f. 2. In prato *Paradies* & ad *Leinam gegen die Maſchmühle.* Etiam inmaturum roſeo capitulo, conpacto, & calycibus ſericeis, nitentibus adgnoſcitur. Maturo calyx inflatur, pars ſuperior fit globoſa, maxima, reticulata, tenera, interiori interim vix excreſcente.

H. Trifolium pratenſe, folliculatum I. R. H. *Trifolium Salmanticum* CLUS. *hiſp.* p. 73. *Monspelii*, in *Hiſpania.*

H. Trifolium ſpicis ovatis, calycibus inflatis, glabris, quinquedentatis, involucris univerſalibus pentaphyllis *Cliff.* non vero ſynonyma. *Trifolium* enim *capite ſpinoſo, levi*, flore luteo eſt. Circa *Harwich.* Capitulum ſeſſile. Calyx glaber, ſuperne lineatus, ſegmentis glabris, longis, acutis, per maturitatem ampulloſus. Flos monopetalos, longus ſtriatusque, ut ſolent, pallide rubellus.

H. Trifolium ſpicis ovatis, lacinia calycis infima maxima, foliis petiolatis ROYEN. *Trifolium clypeatum, argenteum.* P. ALP. *exot.* p. 306. MORIS. S. II. T. 24. Calycis figura ſingularis. Dentes ſuperiores breves, duo mediocres, imus vomeri ſimilis, cavus, longiſſimus, ovato lanceolatus, perpendicularis. Flos monopetalos.

Trifolium ſpicis villoſis, foliis inſidentibus, vaginarum caudis capillaceis *Enum. Helv.* p. 585. *Trifolium pratenſe* DOD. *Cereal.* p. 186.

β. Varie-

β. Varietas ejus eſt fiſtuloſis caulibus, mollior, quae paſſim ob p bulum ſeritur. *Autre eſpece de trefle* SPECT. *de la Nature* III. p. 26. Conf. DALIBARD *flor. Par.* p. 226.

Trifolium ſpicis villoſis, foliis inſidentibus, vaginarum caudis latioribus *Enum. Helv.* p. 585. *Trifolium montanum, purpureum* C. B. Folia longiora, firmiorà, vaginae caudae non capillaceae. In ſylvis.

H. Trifolium ſpicis ovatis, piloſis, dentibus calycinis lanceolatis, patulis LINN. *Trifolium ſtellatum* C. B. *Trifolium ſtellatum, purpureum* I. B. II. p. 376. *Monſpelii.* In *Hetruria* ad *M. Luſtum.* Calycis omnes dentes plumoſi, praelongi. Flos monopetalos. Folliculus ovalis, monoſpermus, calyce reconditur.

Trifolium ſpicis villoſis, calyce ejusque denticulis plumoſis *Enum. Helv.* p. 583. *Trifolium arvenſe, humile, ſpicatum, ſive Lagopus* C. B. *Lagopus anguſtifolia, minor, erectior* BARRELIER *ic.* 901. Ubique in agris,

H. Trifolium foliis ſubrotundis, ſpicis villoſis, calyce tomentoſo *Enum. Helv.* p. 584, *Trifolium ſpica ſubrotunda, rubra* I. R. H. *Lagopus latifolius* RIVIN. T. 17. *Monſpelii* & in regionibus calidis.

Trifolium ſpicis villoſis, calyce glabro, denticulis villoſis, imo longiſſimo. *Enum. Helv.* p. 584. *Cytiſus* TRAG. p. 601. *Trifolium montanum, ſpica longiſſima, rubente* C. B. In *agro Veronenſi, Monſpelii.* In *Helvetia. Jenae* paſſim v. g. inter *Coſpida* & *Mühlenthal,*

Trifoli-

Trifolium caule erecto, ſpicis albis brevibusque terminato, foliis nervoſis, inferne ſubhirſutis *Enum. Helv.* p. 583. n. 8. *Trifolium flore albo* RIVIN. T. II. In pratis, *im Heſſendreiſch.*

H. Trifolium foliis quinis, ciliatis. *Lupinaſter floribus purpureis, ſiliquis minoribus* MART. n. 107. In *Sibiria.*

β. IDEM flore albo,

Anonis floribus pene ſeſſilibus, vaginis foliorum ampliſſimis, ramis ſpina terminatis *Enum. Helv.* p. 589. *Anonis, Ononis, Reſta bovis* TAB. p. 528.

β. Flore albo. *An der Leine.*

γ. Spinis deſtituta; junior.

H. Anonis alopecuroides, ſicula I. R. H. Folia ex vaginis ampliſſima, rotundiora, brevioribus ſerris quam in vulgaris ſpeciei varietate abſque ſpinis. Spicae denſiores, ovatae, folioſae. Calyx profunde quinquefidus, ſegmentis divergentibus, plumoſis, imo longiſſimo. Vexillum plicatum, emarginatum, alas non conprehendens. Alae ſtrictae, hamis conjunctis. Carina bipes, roſtrum pene rectangulum, acutum. Stamina omnia connata. Siliqua teres, hirſuta, turgida. Semen unicum, cordiforme.

H. Anonis petiolis longis, unifloris, ſiliquis pendulis, teretibus, hirſutis *Enum. Helv.* p. 590. *Ononis lutea* CAMER. *Epit.* p. 444. In agro *Veronenſi*, *Stampenſi*, *Valeſia*, *Palaeſtina* POCOCK.

H. Anonis petiolis longis, unifloris, ſiliquis pendulis, articulatis, conpreſſis. *Anonis ſiliquis Ornithopodii* I. R. H.

Petioli

Petioli nonnunquam biflori, plerumque uniflori, articulati inflexi, ut in priori.

H. Crotalaria foliis ternatis, petiolis nudis LINN. *Crotalaria trifolia* RIVIN. T. 22. *Nellin tandala Cotti* H. MAL. IX. 27. r.

Cytiſus foliolis ovato oblongis, racemis ſimplicibus, pendulis LINN. *Enum. Helv.* p. 591. *Trifolia arbor* CORD. p. 187. Circa arcem *Grubenhagen* aliquot arbores naſcuntur, unde noſtrae in horto provenerunt.

H. Aſpalathus fruteſcens, major, latifolia, cortice aureo, annuo AMMAN. n. 283.

H. Aſpalathus alia rotundifolia. Folia perinde quaterna, ſed latiora & breviora. Nondum floruit.

H. Aſpalathus arboreſcens, pinnulis foliorum crebris oblongis AMMAN, n. 285. Omnes in *Sibiria.*

Geniſta inermis, foliis confertis, ellipticis, acutis, floribus ſeſſilibus, ſpicatis *Enum. Helv.* p. 592. *Geniſta tinctoria, Germanica* I. R. H. In agris ſterilibus ſylvisque.

H. Geniſta tinctoria, fruteſcens, foliis incanis I. R. H. *Geniſta tinctoria, Hiſpanica* CLUS. hiſt. p. 101. In *regno Murciano* r.

H. Ge-

H. Geniſta inermis, caulibus teretibus, rariter folioſis. *Geniſta Hiſpanica* RIV. T. 66. *Geniſta tranſalpina* CAMER. *hort.* ic. 14. *Monſpelii*, in *Toſcana*. Circa *Volterram* TARGIONI.

Geniſta foliorum parte prima cauli adnata, elliptica, altera patente, lanceolata *Enum. Helv.* p. 593. *Chamaegeniſta altera* CLUS. *Pann.* p. 51. In ſylvis *Sueviae*, prope *Scaphuſiam*.

Geniſta inermis, foliis ſolitariis, hirſutis, ſpicis folioſis *Enum. Helv.* p. 592. n. 2. *Chamaegeniſta prima* CLUS. *Pann.* p. 50. Magna copia in *ſylva hercynica*, inprimis inter *Andreasberg* & *Oderbrüke* & *Schierke*.

Geniſta foliis ovato lanceolatis, hirſutis, ſpinis ramoſis, in ramis ſeneſcentibus *Enum. Helv.* p. 593. *Geniſta ſpartium minus Germanicum* I. R. H. *Geniſtella ſpinoſa* RIV. T. 67. In ſylva ultra *Rheinhauſen* ad collem, indeque in horto.

Geniſta foliis levibus, lanceolatis, ſolitariis, ſpinis ſimplicibus in ramis florigeris. *Geniſta minor, Aſpalathoides* C. B. *Prodr.* p. 157. In *arenoſis Celleuſibus* verſus *Schelplau*. Folia dura, glabra, elliptico lanceolata, arguta, ſolitaria. Flores ſeſſiles in perte ſuperiori ramorum, quorum inferior pars, dum planta floret, ſpinas ſimplices, ad baſin folioſas, unciales educit. Flores lutei, hiantes, exigui, rariores quam in priori. Calycis ſegmenta duo inferiora ad ſe invicem converſa, inferne recta. Vexillum amplius, reflexum. Alae ſeparatae finibus

nibus adtractis ad carinam dimidio alis longiorem, ovatam, obtuſam. Siliquam non vidi.

Geniſta inermis, foliis ternatis, ovatis, hirſutis. *Geniſta* RIVIN. T. 65. Abunde in arenoſis *Haſſiae* ubique, & circa *Blankenburg* &c.

Geniſtas conjunctas reliqui, quarum character difficillimus & diverſiſſime definitus ſit. Mihi habitus floris hians, & exſtantes a reliquis petalis alae, vexillumque reflexum, ſufficere videntur.

H. Arachidnoides Americana NISSOLE *Memoir. de l'Acad. des Scienc.* 1727. *Four leaved earth nuts* DAMPIER III. p. 449. *Mundubi* PISON. *hiſt. Nat. Ind.* L. IV. p. 256. *Katjang Jappon*. RUMPF. L. IX. c. 54. In *Japonia*, *Peruvia* & *Africa* ſeritur. Flos ad terram ſolitarius, ex longo petiolo. Calyx breviter tridentatus, in parte ſuperiori medio dente paulum eminente: inferius unica portione longa, peranguſta. Vexillum reliqua petala comprehendens, emarginatum. Alae breviter hamatae, fine rotundo. Carina brevis, ad angulum rectum flexa, fine modice acuminato. Siliqua craſſa, fungoſa, lineis, tuberculis & foſſulis diſtincta, articulata. Intus duo ſemina, grandia, ovato acuminata. Siliqua ſimplex, inflexa.

F. Piſum ſtipulis crenatis LINN. *Piſum* BLAKWELL T. 89. *Piſum majus* DOD. *Cereal.* p. 102. Varietates flore albo, purpureo, vario RIV. T. 36, 37, 38. β.

*β*. Piſum nanum RIV. T. 39. *Piſum minus* DOD. *Cereal.* p. 104.

H. Piſum petiolis membranaceis, diphyllis LINN, *Ochrus folio integro, capreolum emittente* C. B. *Aracus niger* MATTH. p. 424. *Monſpelii.*

*β*. Varietas nigro ſemine.

H. Lathyrus paribus foliorum quinque, floribus racemoſis, ſiliquis incurvis *Comment. Gott.* 1752. *Clymenum floribus purpureis, ſiliquis congeſtis, articulatis, incurvis* GERBERI.

H. Clymenum Hiſpanicum, folio vario, ſiliqua articulata I. R. H. *Lathyrus foliis pinnatis* RIVIN. T. 48.

H. Clymenum Hiſpanicum, flore vario, ſiliqua plana DILL. Folia quaterna.

Lathyrus foliis ſenis, linearibus. *Clymenum Pariſienſe, flore caeruleo.* In pratis udis *Oberndorfenſibus bey Lauche.* In *Alſatia* ſupra *Blotsheim.* LIND.

Lathyrus foliis binatis, acutis, capreolis non ramoſis *Enum. Helv.* p. 597. *Lathyrus ſylveſtris, luteus, foliis Viciae* C. B. *Lathyrus pratenſis* RIVIN. T. 43. In ſylvis & pratis.

H. Lathyrus foliis gramineis, binatis, ſiliquis latis, ſuperne alatis *Enum. Helv.* p. 594. *Lathyrus ſativus, flore fructuque albo I. R. H.* *Lathyrus ſiliqua latiore* RIV. T. 47. Seritur in *Helvetia, Thuringia* & nonnunquam *Gottingae.* *β*. Flore

*β.* Flore caeruleo. *Lathyrus Aegyptius, ſive Aracus Hiſpanicus* MOR. p. 56. n. 3. *Cicercula Aegyptia* CLUS. CCXXXVI.

*γ.* ex caeruleo & albo varius.

H. Lathyrus Hiſpanicus RIV. T. 44. *Monſpelii* & in *Hiſpania.* Flos luteus. Semina exaſperata.

H. Lathyrus flore miniato, ſiliquis & ſeminibus maculatis. Flores ſolitarii. Calyx campaniformis, latis ſegmentis, maxime ſupremis. Vexillum breviter petiolatum, emarginatum, crenatum, extus purpuro caeruleum, intus coccineum. Alae carina longiores, coccineae, rugoſae, magnis hamis. Carina unipes, lata, brevis, roſtro obtuſo, ferrugineo. Siliqua lata, plana, ſuperna commiſſura latiori. Tuba clavata. Semina duabus hedris planis, una convexa, macula anguloſa picta.

H. Lathyrus Orientalis, flore vix conſpicuo BOERH. Flos ſolitarius ſeſſilis. Calyx tubuloſus, ſegmentis acutis, ſuperioribus brevioribus, diſtinctis. Flos non longior duabus lineis, pallens, vexillo longo, plicato, ſtriato. Alae carina paulo breviores, hamatae. Carina ſeſſilis, bipes, non roſtrata. Tuba ſub fine dilatata. Fructus latus, quinque vel ſex ſeminibus ovatis, fuſcis plenus. A Lathyro flore recedit, ſed ab habitu retinetur.

H. Lathyrus Tingitanus, ſiliquis Orobi, flore amplo, ruberrimo MORISON. T. II. p. 55. In *Aegypto* POCOCK. I. p. 283.

H. Lathyrus foliis binatis, elliptico lanceolatis, petiolis bifloris, ſiliquis hirſutiſſimis *Enum Helv.* p. 595. *Lathyrus anguſtifolius, ſiliqua hirſuta* I. R. H. *Lathyrus ſiliqua hirſuta* RIVIN. T. 41. In *Helvetiae* agris v. g. *um Kirchlindach.* In *Alſatia.*

Lathyrus foliis binatis, ellipticis, floribus racemoſis *Enum. Helv.* p. 595. *Lathyrus ſylvaticus* RIVIN. T. 45. In nemore *Papenbuſch* ultra *Geismar.* In acclivibus M. *Lengelerburg.* Perennat. Dentes calycis duo ſuperiores recti, intervallo a duobus inferioribus diſtincti, qui curvi ſunt, imusque longiſſimus. Flores pauciores, minores quam Narbonenſi. Vexillum latum, cordiforme, roſeum, venoſum, extus aurorae colore. Alae ovatae, magnis hamis, purpureae. Carina decolor, unipes, roſtro obtuſo, plicato, difformi. Siliqua levis, acinacis forma, longa. Semina numeroſa, ovato cylindrica, exaſperata. Foliis quaternis etiam reperi.

Lathyrus foliis ovatis, binatis, floribus racemoſis *Enum. Helv.* p. 596. *Lathyrus latifolius* GARIDEL p. 271. *icon.* 108. *Monſpelii.*

β. Ejus Varietas anguſtifolia. *Lathyrus Narbonenſis* RIVIN. T. 40. Prope *Blankenburg* & *Wernigerodam.* In ſylva *Welmeſe* prope *Jenam.* Calycis duo foliola inferiora ad ſe invicem converſa, curva, inferiora recta, imum longiſſimum. Vexillum ampliſſimum, emarginatum. Alae carina longiores, auriculatae. Haec roſea, amoena. Flos quam priori major, & plures in racemo.

La-

Lathyrus foliis binatis, ovatis, radice glandulosa *Enum. Helv.* p. 596. *Lathyrus arvenſis* RIV. T. 42. *Terrae glandes* DOD. *Cereal.* p. 168. Circa *Diemern* & ad acclivia M. *Heimberg*. Ultra *Ermsleben*.

H. Lathyrus diſtoplathyphyllos, hirſutus, mollis & odoratus H. A. II. f. 80.

β. Flore ex albo & roſeo vario. In *Sicilia*.

H. Lathyrus foliis ſingularibus. *Niſſolia* LIND. *hort.* ad p. 73. *Niſſolia minor* BUXBAUM *Cent.* III. n. 45. Circa *Argentoratum* & *Stampas*. In *Anglia*.

H. Lathyrus cirrhis aphyllis LINN. *Enum. Helv.* p 597. *Aphace* DOD. *Cereal.* p. 157. In *Helvetia*, *Viennae*, *Monspelii*.

H. Vicia foliis quaternis, ovatis, floribus ſolitariis, petiolatis. *Clymenum Bithynicum, ſiliqua ſingulari, flore minore* TOURNEF. A reliquis Lathyris differt flore ſtricto, calycis ſegmentis ſuperioribus ad ſe invicem magis converſis, & ſitu ſiliquae. Lathyro enim calyx amplus, latis quinque dentibus diviſus, vexillum amplum, erectum, flos brevior & latior eſt. Stipulae huic ſerratae.

H. Vicia petiolis inferioribus diphyllis, ſuperioribus hexaphyllis, foliolis ovatis, cirrhiferis ROYEN. *Vicia Narbonenſis* RIV. T. 57. *Bona ſylveſtris* DOD. *Cereal.* p. 92. In agro *Veronenſi*, in *Toſcana*, *Monspelii*. Stipulae ovatae, ariſtatae, folia primo bina, inde quaterna, tunc ſena, ex ovatis decreſcentia.

H. Vicia luteo flore, ſylveſtris I. B. II. p. 313. Foliorum paria ſeptem, hirſuta, ovata, emarginata, cum ſpinula. Stipulae minimae, haſtatae. Flos ſolitarius, ſeſſilis. Calyx ſupinus, emarginatus, ſubhirſutus. Galea longa, ſtricta, plicata, ochroleuca, villoſa, fine emarginato, venis obſcuris picta. Alae concolores, connatae, carina breviores. Ea obtuſa, hamata, bipes. Tuba fine craſſo, plumoſo. Siliqua tetraſperma, brevis. Semina maculoſa, ſphaerica.

H. Vicia ſylveſtris, lutea, cum galea fuſca I. B. II. p. 314. Flos ſtriatus, hirſutus. Vexillum villoſum, emarginatum, flavum, cis finem fuſca macula notatum. Alae vireſcentes, hamatae, fine ovali. Carina obtuſa, pede fiſſili. Tuba fine infundibuliformi, cavo. Siliqua polyſperma. Semina varia, ex cinereo & rubro fusca. Vicina viciae luteo flore ſylveſtri mihi quidem videtur.

H. Vicia Orientalis, carina & alis albis, vexillo reflexo, ſubfusco DILL. pro N. D. Flos ſolitarius, magnus. Calyx conpreſſus. Denticuli ſuperiores breviſſimi, inferiores tres majores, duo curvi, imus rectus. Vexillum linea eminente diviſum, emarginatum, flavum, ſubviride, lineis virentibus pictum, alis brevius. Eae carina longiores, auriculatae, albae. Carina bipes, hamata, obtuſa, luteo virens. Tuba fine plumoſo. Semina ex fuſco, rufo & cinereo maculoſa. Et ipſam hanc viciam a prioribus non credo differre.

Vicia

Vicia ſiliquis ſeſſilibus, foliis retuſis, lateſcentibus *Enum. Helv.* p. 598. *Vicia vulgaris, ſativa* C. B. *Vicia* CAMER. *Epit.* p. 320.

β. Varietas flore albo, venis roſeis.

γ. Semine albo.

Vicia ſiliquis ſeſſilibus, erectis, foliis imis ovatis, ſuperioribus linearibus *Enum. Helv.* p. 598. *Vicia anguſtifolia* RIV. T. 55. *In Feldern gegen Lengelern, aufm Hagen.*

H. Vicia anguſtifolia, ſemine parvo rotundo, murino, variegato, Penſylvanica DILL. Anguſtifoliae valde ſimilis.

H. Vicia flore purpureo, ſingulari, ſiliqua terete, glabra *Bot. Monsp.* p. 276. Paria foliorum quatuor & quinque, nervoſa, glabra, emarginata, ſpinula ex nervo prodeunte. Stipulae haſtatae, ariſtatae. Flores ſolitarii, ſeſſiles. Calyx conpreſſus, ſegmentis ſuperioribus ad ſe invicem converſis. Vexillum violaceum, late petiolatum, plicatum, emarginatum. Alae pallide caeruleae, carina duplo longiores, hamatae, fine ovali. Carina perbrevis, roſtro ſimo, fine violaceo. Siliqua lata, glabra, quaſi nodoſa. Semina ſphaerica, ex cinereo & obtuſo ſubtiliter varia.

H. Vicia purpurea, ſiliquis nodoſis, ſeminibus lentiformibus DILL. Siliqua ſeſſilis, ſolitaria. Calycis ſegmenta longa, acuta, ſuperiora diſtantia. Vexillum longum, ſtriatum, pallens. Alae longiſſimae, hamatae,

bractea brevi. Carina bipes, ovalis, obtuſa, auriculata, apice caeruleo. Tuba plumoſa. Siliqua glabra, nodoſa, ſemina quinque, anguloſa, ſubfusca.

Vicia ſiliquis erectis, foliis ex ovatis obtuſe decrescentibus *Enum. Helv.* p. 599. *Vicia ſepium* RIV. T. 56. Ad ſepes ubique & in ſylvis.

H. Vicia multiflora, cum ſiliquis latis I. B. II. p. 314. Foliorum paria ſeptem, octove, glabra, quaſi reſecta, cum ſpinula ex nervo eminente. Stipulae haſtatae, minimae. Calyx cylindricus, dentibus ſuperioribus ad ſe invicem converſis, inferioribus rectis, imo longiſſimo. Flos ex albo viridis, pallens. Vexillum ungue lato, plicatum, emarginatum. Alae ſtriatae, auriculatae, carina longiores. Ea obtuſa, pede fiſſili. Tubae finis plumoſus. Siliqua brevis, turgida, filis hirta. Semina quatuor, ex dilutiori & ſaturatiori fusco varia. Siliqua ſcabra, valde piloſa.

H. Vicia - - - - - - Prope *Peribazár* & *Enſeby* LERCHE. Flos longus, ſtriatus. Calyx tubuloſus: dentes quatuor ſuperiores anguſti, lanceolati, acuti, imus triangularis acutior. Flos ex violaceo purpureus. Vexilli latus petiolus, finis ſtrictus, de more. Alae hamatae, bractea ovata, purpurea. Carina brevis, apice violaceo, obtuſo, pede fiſſili. Tuba brevis, fine plumoſo. Siliqua - - - - - Flores pauci, congeſti.

Vicia foliis octonis, ovatis, ampliſſimis, floribus racemoſis *Enum. Helv.* p. 600. *Cracca flore ochroleuco* RIV. T. 52. *Piſum ſylveſtre* CLUS. *Pannon.* p. 734. *An der Lenge-*

*Lengelerburg* verſus *Makenrode*. Folia ſena, octona, omnium maxima, ovata, cum vertice minori. Stipulae minutiſſimae, haſtatae.

H. Vicia pedunculis multifloris, foliolis ovatis, ſtipulis maximis MART. Nondum floruit.

Vicia foliis ex ovatis obtuſe decreſcentibus, ſiliquis racematim pendulis *Enum. Helv*. p. 599. *Cracca ſylveſtica* RIVIN. T. 50. *Häufig an den Herperhäuſer Wieſen, auch im Eulenloch, an der Lengelerburg*. Folia ex ovatis decreſcentia, glabra, parium quinque: ſtipulae ſerratae.

Vicia foliis ovatis, ſiliquis racemoſis, pendulis *Enum. Helv*. p. 599. n. 6. *Viciae pulchrum genus, multifolium, Galega quibusdam* I. B. II. p. 316. *Im Eulenloche und an der Herperhäuſer Wieſe*. Folia in icone *Enum. Stirp. Helv*. T. XIV, male acuta pinguntur, quae perfecte ovata ſint. Stipulae profunde multifidae.

Vicia foliis linearibus, ſubtus ſericeis, ſiliquis glabris, denſe ſpicatis, pendulis *Enum. Helv*. p. 600. *Vicia multiflora* C. B. *Cracca* RIVIN. T. 49. In pratis inprimis udis.

Vicia Bengalenſis, hirſuta, incana, ſiliquis PISI HERM. *Cracca Bengalenſis*. RIV. T. 51.

Vicia foliis linearibus, obtuſis, ſiliquis gemellis, polyſpermis *Enum. Helv*. p. 601. *Vicia minima, cum ſiliquis glabris* I. R. H. *Cracca minor, ſiliquis gemellis* RIVIN. T. 53. In agris & hortis.

Vicia ſiliquis hirſutis, pendulis, diſpermis *Enum. Helv.* p. 601. *Vicia ſegetum, cum ſiliquis plurimis hirſutis* C. B. *Cracca minor* TABERN. p. 507. RIVIN. T. 53. In agris & hortis.

H. Vicia multiflora, cum ſiliquis latis, Penſylvanica. Minutiſſima omnium, foliis linearibus, retuſis, ſpinula ex nervo, parium octo, capreolo trifido, petiolis bifloris. Calycis ſegmenta praelonga, anguſta. Flos minutus, dilute violaceus. Vexillum ovatum, reliqua petala conprehendens. Alae ovatae, carina longiores, quae ovata, obtuſa eſt. Siliqua - - - - - -

H. Vicia anguſtifolia, ſemine parvo, rotundo, variegato DILL. ex *Penſylvania.* Semina ſphaerica, parva, hilo magno, albo, caeterum variegata ex vireſcente & fusco. Calyx tubuloſus, ſtrictus, ſegmentis acutis. Flos anguſtus, caerulescens. Carina obtuſa, alis brevioribus. Tubae fine plumoſo. Siliqua nigra, teres.

H. Vicia floribus ſolitariis, ſeminibus conpreſſis. *Lens Monanthos* vulgo. Ob calycem tubuloſum, non profunde ſectum, & florem ſtrictum ad Vicias pertinet. Vexillum vix ungue latius, obtuſum, album, ſub apice caeruleum. Alae carinae aequales, hamatae. Carina bipes, obtuſa, violacea. Tubae finis globoſus. Siliqua tetraſpermos, oblonga. Semina lenticularia, varia ex pallente & ſature fusco.

Lens

Lens Fuchſii *Enum. Helv.* p. 601. RIVIN. T. 35.

H. Lens major RIVIN. T. 35. DILL. *nov. ſpec.* p. 49. FABRIC. *Butisb.* p. 18. Omnino Lentis ſpecies eſt, ob calycem profunde quinquefidum, fructumque.

H. Faba RIVINI T. 23. *Faba major* BLAKWELL. T. 19. *Faba ſativa* PASS. *ic.* 65.

β. Faba rotunda, oblonga, minor.

γ. Faba equina, minor, nigra.

δ. Faba minima.

ε. Faba floribus atro - purpureis SIEGESBECKII.

H. Cicer RIVIN. T. 19. CAMER. *Epit.* p. 204. *Cicer arietinum* DOD. *Cereal.* p. 114.

β. Semine fuſco, flore rubro. A Viciis minimis, quibus calyce utcunque convenit, valde differt ſiliqua inflata, ſeminis figura, caput arietinum exquiſite referente. In regionibus calidis, & ipſa *Hiſpania* ſeritur.

H. Ervum leguminibus pendulis *Enum. Helv.* p. 603. LINN. *Ervum* RIVIN. T. 61. *Ervum verum* I. R. H. In horto, nam in agris vix colitur, *Helvetis* familiare.

Orobus caule ſimpliciſſimo, foliolis pluribus ovatis, acutis *Enum. Helv.* p. 602. LINN. *Orobus ſylvaticus, purpureus, vernus* I. R. H. *Orobus pannonicus* I. CLUS. *Pann.* p. 736. In ſylvis frequens primo vere. Oro-

Orobus caule ſimplici, foliis imis ovatis; ſuperiis ellipticis, acutis *Enum. Helv.* p. 603. *Aſtragalus ſylvaticus* THAL *ic.* I. *Orobus ſylvaticus, foliis oblongis, glabris* I. R. H. *Lathyrus anguſtifolius, radice tuberoſa* LOES. *ic.* 37. *Orobus caule ſimpliciſſimo, foliis pluribus lanceolatis, oblongis* LINN. *Um Blankenburg, Elbingerode, Kifhäuſer.* In ſylvis M. *Altenſtolberg* & in ſylva *Hercynia.*

Orobus caule ramoſo *Enum. Helv.* p. 603. LINN. *Orobus foliis Viciae* RIV. T. 60. *Orobus ſylveſtris noſtras* CHOMEL. 1706. p. 87. In ſylvis circa *Jenam* ubique, & *jenſeits Rheinhauſen.*

## PAPILIONACEIS ADFINES.

H. Siliquaſtrum RIV. T. 114. *Arbor Iudae vulgo. Monſpelii,* in *Aegypto, Palaeſtina, Toscana.*

H. Caſſia Americana, faetida, foliis ſubrotundis, acuminatis MERIAN. *Surin.* f. 32.

H. Caſſia - - - - . *Senna Occidentalis, odore Opii, viroſo, Ebuli foliis, acutis, glabris* BOERHAAVII.

H. Caſſia - - - - - *Senna Italica, flore rubello, caule & ſiliquis hirſutis* ROYEN. Calycis folia tria anguſtiora, duo latiora, omnia cava, glumarum ſimilia. Petala quinque ovata, flava; duo ſuprema ſeſſilia, macula purpurea, cordiformi inſcripta; duo mediocria, imum petiolatum. Stami-

Stamina decem, confuſe deorſum verſa, longis, bilocularibus antheris. Tuba ſimplex, recta, gracilis. Semina ovato rhomboidea.

H. Caſſia floribus pentandris, calycibus acutis LINN. *Hort. Cliff.* T. 36. *Senna ſpuria, Virginiana, Mimoſae foliis, floribus parvis, nictitantibus* PLUKNET. T. 314. f. 3. Calycis foliola quinque, Petala quinque, flava: duo paria lateralia, ovata, brevia; imum inpar, majus, emarginatum, petiolatum. Stamina quinque, circa fructum conflexa, longis antheris. Siliqua ſeptis diſtincta, cum ſeminibus ſeptem ad octo, nitidis, quadrangularibus. Tuba ſimplex, curva. Glandula ad ortum petioli nitens, paria foliorum duodecim.

H. Caſſia foliolis quinque parium, ovato lanceolatis, glabris, glandulae ſuper baſin petiolorum ROYEN. Folia ovata, parium quatuor & quinque. Glandula in dorſo petioli. Flos flavus, grandis, perpendicularis. Calycis folia quinque, viridia, ovata, quorum duo minora. Petala ovata, rugoſa, ima diſtantia. Stamina tria ſuperiora, tria inferiora, ſurſum recurva, quatuor alia ſuper ſiliquam collecta. Apices biloculares, fovea non penetrante notati. Siliqua longa, apice curvo.

H. Mimoſa ſpinoſa, tertia, ſive foliolis Acaciae anguſtioribus, ſiliquis parvis, echinatis BREYNE *Centur.* c. 18. ic. *Caareo* I. PIS. *hiſt. nat. Ind.* p. 304. In *Braſilia, America* calidiori.

H. Mi-

H. Mimoſa inermis, foliis duplicato pinnatis, ſiliquis linearibus, glabris LINN. *Hort. Cliff. Mimoſa ſpuria, de Fernambouque, dicta Mimoſa Italica* ZANONI *nov.* p. 151. *ic.* 123.

H. Mimoſa floribus ſuperioribus pentapetalis, decandris, inferioribus decapetalis ſterilibus. *Mimoſa tertia* H. *Upſal.* Flores ſuperiores habent calycem, quinque lanceolatis foliis factum, petala quinque, anguſta, viridia, de more, ſtamina decem, tubam incurvam, ſimplicem, ſine emarginato, ſiliquam acuminatam, valvis parallelis, ſeminibus nigris, lucidis, ovato acutis. Flores inferiores ſpicati, ſteriles, absque ſtaminibus & fructu, petalis denis, flavis, longioribus. Folii totalis pinnae parium quatuor & quinque absque impare: pinnae ſingulae foliolorum paria ad XXVII adhaerent, & prima pinna nonnunquam & ipſa ad quatuor usque pinnulas habet. Tarde movetur tacta, ſpinisque caret. Synonyma non reperi. Ergo neque numerus, neque ſexus in hoc genere ad conſtituendum characterem valet.

H. Mimoſa - - - - - *Acacia Indica* ALDIN. *init.*

H. Mimoſa ſpinis geminatis, foliis duplicato pinnatis, partialibus utrinque quinis ROYEN. *Acacia vera* I. B. BLAKWELL, T. 245. In *Aegypto.* r.

H. Parkinſonia WALTHER. T. 13. r.

H. Amorpha LINN. H. *Cliff.* T. 19. *Baſtard Indigo. Transact. Phil.* n. 407. *Niuns Mollera* H. MAL. T. VI. T. 6. r.

MEDIAE

## MEDIAE PAPILIONACEAS INTER ET DIDYNAMIAS.

Fumaria caule ſimplici, bifolio, radice cava, foliis inter flores integris *Enum. Helv.* p. 604. *Fumaria bulboſa, radice cava, major* C. B. flore albo purpureo &c. *Fumaria altera* CAMER. *Epit.* p. 891. Paſſim in ſepibus.

Fumaria caule ſimplici, multifolio, radice bulboſa, ſolida, foliis inter flores palmatis *Enum. Helv.* p. 605. *Fumaria bulboſa, radice non cava, major.* C. B. In nonnullis hortis reperta eſt. Tumores laterales vexilli minores, corpusculum in calcar redeuns unicum, in mucronem liberum, neque adhaerentem, porrectum. Bracteae digitatae, habitus minor, radix ſolida, proventus rarior.

H. Fumaria ſiliquis longis, polyſpermis. *Capnoides* I. R. H. *Fumaria ſiliquoſa, perennis,* (nobis annua) CORNUT. p. 58. *Pſeudofumaria Indica* RIVIN. in *tetrap.* T. 74. *Fumaria ſiliquoſa, Canadenſis, flore carneo & aureo* BARREL. *ic.* 108.

H. Capnoides floribus albis SIEGESBEK. Calyx nullus, petalum ſupremum calcar habet longum, obtuſum, & labii ſuperioris medium gibber eminet. In calcar clava globulo terminata redit, ex centro floris nata. Alae duae hamos cis rotam habent ſubrotundos, exſtantes, tum rotam tribus alis factam. Carina fine latiori, carinato, linea eminente, deorſum tendente, acuta. Siliqua oblonga, tuba rota terminata. Semen lucidum, lenticulare.

H. Fuma-

H. Fumaria calyce donata, ſiliquis oblongis, latiuſculis. *Pſeudofumaria flore luteo* RIV. l. c. T. 74. In montibus *Neapolitanis*, agro *Veronenſi*, *Illyrico*. Folia calycis duo lanceolata. Flos vulgari ſimilis. Vexillum calcar retrorſum remittit, ſucci plenum, in quod duo ungues incurvi, conglutinati redeunt. Pars ejus anterior margine contracta, media linea elevata. Alae de more habent rotam trium eminentium quaſi alarum. Carina ſimilis, ut in aliis ſpeciebus, ſurſum cava & ſtamina. Fructus latiuſculus, brevis, incriſpatus. Semina magna, nigra, reniformia.

H. Fumaria ſiliquis ovatis, inflatis, polyſpermis. *Cyſticapnos Africana, ſcandens* BOERH. I. p. 310.

Fumaria pericarpiis monoſpermis, foliorum lobis ſubrotundis *Enum. Helv.* p. 605. *Fumaria* RIVIN. *monop. irreg.* T. I.

H. Fumaria pericarpiis monoſpermis, foliorum lobis capillaribus. *Fumaria minor, folio longo, capillaceo* C. B. *Capnos tenuifolia* CLUS. *hiſp.* p. 375. *Fumaria minor, ſive tenuifolia, ſurrecta* I. B. III. I. p. 203. In *Hiſpania* & *Gallia Narbonenſi*: in agro *Veronenſi*, *Monſpelii*. Omnino a vulgari diverſa eſt, foliis tenuibus, flore ventricoſiori, ejusque aliis coloribus, galea roſea, apice obtuſo, viridi, alis albis, fine purpureo, carina rubra, cochleari fuſca.

β. Varietas flore albo, in roſeum languente.

H. Fu-

H. Fumaria ſiliquis monoſpermis, caulibus ſe convolvens. *Fumaria claviculis donata, foliis anguſtioribus* I. R. H. *Monſpelii*, in *Hibernia*. Capreolos non habet, unice caule ſcandens. Calycis folia duo cordiformia, ſerrata. Petalum ſupremum abit retrorſum quidem in calcar, antrorſum vero in acutam, viridemque ligulam. Alae auriculatae, fine trifido, purpureo. Carina parva, acuta. In calcare nectarium cylindricum. Fructus & ſtamina, ut in vulgari.

Polygala foliis omnibus acutis *Enum. Helv.* p. 606. *Polygala vulgaris, major* VAILL. T. 32. f. 1. flore albido, caeruleo, purpureo.

Polygala foliis imis ſubrotundis, ſuperioribus anguſtis, acutis *Enum. Helv.* p. 606. *Polygala minor, foliis imis rotundioribus* HELWING. *Flor. quaſimodogenit:* p. 40. ic. *Polygala Buxi minoris folio, flore caeruleo* VAILL. T. 32. f. 2. flore albo, caeruleo, purpureo. Annon varietas junior prioris.

## DIDYNAMIAE.

## ANGIOSPERMAE.

Montia *Enum. Helv.* p. 608. LINN. *Montia aquatica, major* MICHEL. T. 3. f. 1. Magna copia in pratis udis ſuper *Hardegſen*, qua fontium tubuli ducuntur.

β. Varietas minor MICHELI T. 13. f. 2. *Alſinoides annua, verna* VAILL. T. 3. f. 4. *Blinks* PETIVER l. c. T. 10. In arenoſis circa *Herzberg.*

H. Browallia LINN. *Hort. Cliff.* T. 17. r.

H. Ruellia foliis petiolatis, fructu ſeſſili, conferto LINN. *Ruellia ſtrepens, capitulis comoſis* DILL. *Hort. Elth.* p. 330. f. 321. In *Virginia.* Calyx brevis, ad baſin usque acute quinquefidus. Flos infundibuliformis, deorſum ventricoſus, limbo paulum irregulari, ſegmentis inferioribus a ſuperioribus declinantibus, violaceo purpureis. Tuba bifida, ſiliqua brevis, utrinque acuta.

H. Ruellia capſulis teretibus DILL. *Hort. Elth.* p. 325. T. 248. f. 320. Fructus etiam absque flore perficiuntur. Calycis folia quinque ſubulata, praelonga. Flos tubuloſus, tubo incurvo, limbo quinquefido, caeruleſcente, parum difformi. Segmenta ima ovata. Stamina utique duo longiora, duo breviora. Tuba bicornis. Fructus teres.

Limo-

Limoſella *Enum. Helv.* p. 609. LINN. *Plantaginella paluſtris* C. B. Iconem apud RUPPIUM dedi T. VI. Abunde ultra *Diemarn* in foſſis aqua plenis, & *in via publica inter portam Albanam & Geismarienſem*, & prope *pontem Leinae veteris* verſus *Raſemühle.*

Squamaria RIVIN. T. 88. *Enum. Helv.* p. 611. *Anblatum* CORDI p. 89. *b.* In ſylvis verſus *Eulenloch* &c. BRUKMANN inter *Blankenburg* & *Ilefeld.*

Orobanche caule ſimplici, fulvo, foliis ſub floribus longioribus *Enum. Helv.* p. 610. *Orobanche* RIVIN. *monop. irreg.* T. 88. Abunde in ſylvis *Altenſtolberg*, & in ruderibus *des Kifhäuſer Schloſſes.*

Lentibularia *Enum. Helv.* p. 612. LIND. *hort.* T. XI. RIVIN. T. 78. In foſſis circa *Wormatiam* abunde.

Antirrhinum foliis alternis, quinquelobis *Enum. Helv.* p. 613. *Cymbalaria* MATTH. p. 1124. RIVIN. T. 85. Abunde *Jenae* ad muros urbis, ex *Italia* paulatim propagatum.

Antirrhinum foliis ovatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis *Enum. Helv.* p. 613. n. 2. *Elatine* RIVIN. T. 85. *Elatine folio ſubrotundo* C. B. *Bey der Papiermühle.*

Antirrhinum foliis hamatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis *Enum. Helv.* p. 613. n. 3. *Elatine* CAMER.

V *Epit.*

*Epit.* p. 754. *Elatine ſive Veronica femina* BLAKWELL. T. 170. In horto & in agris v. g. *an der Ecke der Lith gegen Lengeler und Harſte über.*

Antirrhinum foliis linearibus, adſcendentibus, congeſtis, ramis ſpica florali denſa terminatis *Enum. Helv.* p. 614. n. 6. *Linaria* PASS. *ic.* 97. *Linaria lutea, vulgaris* BLAKWELL. T. 115. Ad omnes foſſas & in hortis.

H. Linaria foliis confertis, linearibus, carnoſis MART. *Linaria maritima, foliis ſucculentis* BUXBAUM. *Cent.* IV. Flos pallidus, inferius lineis purpureis pictus, excurrentibus in calcar longum, acutumque.

H. Linaria foliis Pſyllii RIVIN. Valde ſimilis vulgari, flos tamen pallide ochroleucus, ut palatum inferius unice flavum ſit.

H. Linaria ſicula, Molluginis folio BOCCONE *Sicul.* p. 38. quae mala icon eſt. Folia quaterna, craſſula. Habitus erectus. Calycis ſegmenta cis finem dilatata, inferius pro calcare diſcedunt. Labium ſuperius breve, reflexum, barba intenſius flava, ſegmentis tribus ſubrotundis, medio minimo. Semina parva, nigra, difformia, aſpera.

Linaria arvenſis, caerulea DILL. *Hort. Elth.* T. 163. p. 198. Folia quaterna, glauca, obtuſa. Flores parvi, calyce hirſutulo, ſegmentis longis, acutis. Flos ſubcaeruleus, lineis ſaturatis ſtriatus, palato albo. Fabrica ſolita. Segmenta barbae pene aequalia, calcar curvum, argutum. Semi-

Semina foliacea. *Jenae* verſus *Neue Schencke* in agris arenoſis, tum circa *Altdorf*.

H. Linaria arvenſis, floſculis luteis SIEGESBEKII. Calyx de more. Flos minimus calcare curvo; ſegmenta labii inferioris fere aequalia, lutea, ovata: ſuperius ſubrectum, recta linea fiſſum, lineis obſcurioribus pictum. Stamina gracilia, pene aequalia, tubae finis curvulus. Semina foliacea, plana. Valde ſimilis priori, excepto colore, & forte varietas. r.

H. Linaria purpurea, major, odorata I. R. H. *Linaria altera, flore purpureo* DODON. *Linaria flore purpureo, minore* RIVIN. T. 84. *Blue Sweet Toadflax* PETIVER T. 35. In *Cornubia*, *Gallia calidiori*.

H. Linaria Valentina CLUS. *hiſp*. p. 351. MUNTING. *ic.* 207. *Linaria caerulea, apula* COLUMN. *Ecphras.* p. 78. *ic.* Variat flore luteo, aut luteo & caeruleo miſto.

H. Linaria Americana, maxima, purpureo flore HERMANN. H. L. B. p. 377. *Linaria flore purpureo, Americana* RIV. T. 83. r.

H. Linaria fruticoſa, di Raguſa, odorata ZANON. T. 106. *Linaria maxima, foliis Lauri, Dalmatica* BUXBAUM *Cent.* I. T. 24. Calyx profundiſſime quinquefidus, tribus ſuperioribus ſegmentis hiatu ab inferioribus ſeparatis. Flos praegrandis, uncialis, flavus, fabrica ſolita, medio ſegmento barbae etiam minore. Calcar curvum, conicum. Fructus exiguus, pene ovalis. Tuba lon-

longa, filiformis, ſine flexo, ſpongioſo, craſſeſcente. Semina ſubaspera, variae figurae. r.

Antirrhinum foliis obtuſis, viscidis, caule erecto, ramoſo *Enum. Helv.* p. 615. *Linaria arvenſis, minima* RIV. T. 84. Calcar curvum. *Ueber der Papiermühle, gegen Herperhauſen* & alibi.

Antirrhinum floribus ſparſis, ſeſſilibus, calyce brevioribus, calcare deſtitutis *Enum. Helv.* p. 615. *Antirrhinum arvenſe* RIVIN. T. 81. *Antirrhinum ſylveſtre Phyteuma* DOD. *Pempt.* p. 182. Calyx profundiſſime quinquefidus: ſupremum ſegmentum maximum, duo ima minima, rectiora. Tubus floris infra foramen retrorſum gibbus, calcar quaſi moliens, inde rugoſus, fiſſus in galeam latam, ſemierectam, lateribus replicatis, bifidam, ſegmentis emarginatis, palato, ſive eminentia obtuſe coeunte praedita: inque barbam mento tumido, tribus ovatis ſegmentis deſcendentibus, quorum medium minus eſt, & eminentia ſimili. Fructus ovatus, anterius tribus foraminibus apertus. Tuba ſine curvo, globulo terminata. Stamina duo longiora, duo breviora, apicibus exiguis.

H. Antirrhinum calycis foliolis brevibus, ovatis, floribus ſpicatis, calcare deſtitutis *Enum. Helv.* p. 616. *Antirrhinum* DOD. *Coron.* p. 85. PASSAEI *ic.* 14. RIVIN. T. 81. *Antirrhinum vulgare* VALLET. T. 71. GARIDEL. *ic.* 7. Initium calcaris in imo tubo eſt.

β. Flore albo VALLET. l. c.

γ. Flore ſature rubro.

H. Acan-

H. Acanthus BLAKWELL. T. 89. *Acanthus levis* AICHSTETT *Aeſt. Ord.* XI. T. 2. f. 1. *Acanthus mollis* RIVINI T. 86. In *Graecia*, *Monspelii.*

H. Acanthus medius, rarioribus & brevioribus aculeis donatus TILLI T. 2.

H. Adhatoda Ceylanenſium *Hort. Lugduni Batav.* p. 643. *Ecbolium* RIVINI T. 87.

Digitalis foliis calycinis ovatis *Enum. Helv.* p. 616. *Digitalis* RIVIN. T. 103. BLAKWELL. T. 16. PASSAEI *ic.* 54. Ubique in *ſylvis hercynicis*, etiam ſuper *Hardegſen* & circa *Mandelbek.*

β. Varietas flore albo. Inter *Lugdunum* & *Gratianopolin* BORRICH. Pinxit eam VALLET. T. 80. A frigore feraque ſatione alborem deduxit PLOT *Staffordſhire* p. 203.

Digitalis foliis calycinis linearibus, acutis, flore venoſo *Enum. Helv.* p. 617. *Digitalis lutea* TABERN. p. 567. VALLET. T. 81. *Digitalis lutea, magno flore* C. B. In *ſylvis hercynicis* v. g. inter *Wendefort* & *Stige*, & circa *Herzberg*, & in M. *Auerberg.*

H. Digitalis ſpica conica, aphylla. *Digitalis flore ferrugineo* RIVIN. T. 104. Calycis folia obtuſa, alata, inaequalia, maximum, mediocria & minima. Flos luteus, maculis obſcuris varius, ſegmento ſuperiori paulum reflexo, lateralibus acutis; imo longiori ovali, rufo tincto, veno-

venoſo. Sedes anguſta tubi floris brevis. Fructus conicus. Tuba recta.

H. Gratiola latiore folio, vulgo *Hulgua* FEUILLEE T. 17. *Euphraſia* PLUKNET. T. 393. f. 3. Valde parum a Gratiola noſtrate differt. Stamina utique quatuor, duo longiora, duo breviora. Longiora gracilia ſunt, quaſi abortiva, globulo coronata. Breviorum apices magni, gemelli, albi, capſulis ovatis.

Scrophularia foliis conjugatis, ovato lanceolatis, ramis paniculatis, aphyllis, ſpicis terminatis *Enum. Helv.* p. 618. *Scrophularia aquatica* BLAKWELL. T. 86. *Scrophularia aquatica, major* C. B. *Ad Leipam.*

Scrophularia foliis cordatis, conjugatis, ramis ſpica nuda, paniculata terminatis *Enum. Helv.* p. 619. *Scrophularia* RIVINI T. 106. *Scrophularia nodoſa, faetida* C. B. Ad foſſas, viasque. Etſi alis caulis brevioribus & radicis nodis differt, valde tamen ſuſpicor FAGONII conjecturam veram eſſe (apud BOCCONE *recherches de phyſique* p. 100.) vere nodoſam, autumno fibroſam radicem eſſe.

H. Scrophularia Scorodoniae folio MORIS. S. V. T. 35. Circa ſt *Joes Cornwalliae Philoſoph. transact.* p. 336. In *Luſitania* GRISLEY. Flos de vulgaris genere, cum ſquama galeae ſolita.

H. Scrophularia peregrina, frutescens, foliis Teucrii craſſioribus BREYNII *Hort. Lugd. Batav.* p. 547. Annon

*Scrophu-*

*Scrophularia flore rubro* I. B. III. p. 422? Calyx pene ad baſin quinquefidus, ſegmentis acutis, pene aequalibus. Flos vulgari ſimilis, galea lata, ſegmentis duobus rotundis, venoſis, cum ſquama in tubo floris, faucibus ſemiovatis. Barba lata, reflexa. Color ruboris ſanguinei.

H. Scrophularia foliis cordatis, acuminatis, floribus globoſis *Enum. Helv.* p. 619. *Scrophularia flore luteo* RIV. T. 106. *Lamium pannonicum* II. CLUS. p. 595. In *Helvetia*, *Hungaria*, *Veronae*. Poſſet, ſi ab habitu receſſeris, aliud genus conſtituere. Calycis foliola quinque obtuſa, in origine connata. Flos inflatus, campaniformis, fauce contracta, ut in *Muscari*. Unum ſegmentum ſuperius ſubrectum, ovale, duo lateralia, duo ima transverſim lata, viridia: floris tubus pallens, ſquama acceſſoria nulla. Stamina diverſae longitudinis. Tuba apice paulum craſſeſcente. Fructus ut in reliquis.

H. Scrophularia Sambuci folio MUNTING *hiſtor.* f. 238. bene. *Sideritis Sambuci folio* P. ALP. *exot.* p. 202. Flos omnium maximus in hac gente. Calyx profunde in quinque rotunda ſegmenta inciſus, ala alba cincta. Flos viridis, ſuperne rufus. Galeae partes duae breves, emarginatae, duae laterales perpendiculares, ima reflexa, obtuſa: retro fiſſuram galeae ſquama ovalis, rufa.

H. Scrophularia Orientalis, foliis Cannabinis. Nondum floruit.

H. Scrophularia foliis pinnatis, pinnis ſerratis, confluentibus, floribus paniculatis *Enum. Helv.* p. 620. *Ruta*

*canina* TAB. p. 136. *Veronae* & in *Helvetia* paſſim, ut *Baſileae* ad *Wieſam*, & circa lacum *Lac de Joux*.

Pedicularis caule ramoſo, procumbente, floribus ſparſis, obtuſis *Enum. Helv.* p. 622. *Pedicularis minor* RIVIN. T. 91. *Beym Geſcheröder Felde, gleich am Walde; Jenſeits Rheinhauſen.* Super *Hardegſen* in ſylva.

Pedicularis caule erecto, ramoſo, calyce bifido *Enum. Helv.* p. 621. *Pedicularis* RIVIN. T. 91. Abunde ad ſiniſtra lacus *Seeburg* verius *Bärenshauſen*. In *Sueviae* pratis udis. Ultra *Cellam*.

Alectorolophus calycibus glabris *Enum Helv.* p. 624. *Pedicularis pratenſis, lutea, vel Criſta Galli* C. B. flore pure luteo.

β. Flore ex violaceo vario.

Alectorolophus calycibus hirſutis *Enum. Helv.* p. 624. *Pedicularia lutea* TABERN p. 791. Circa *Jenam* paſſim v. g. circa *Cluſewitz*. Utraque ab *Elephante* toto charactere differt, cui labium ſuperius breviſſimum, inferius ampliſſimum, fructus obtuſus, bicollis eſt TOURNEFORT *Voyag.* III. p. 15.

Melampyrum ſpica denſa, longiori, foliis inter flores laciniatis, adſcendentibus *Enum. Helv.* p. 626. *Melampyrum coma purpuraſcente* C. B. *Melampyrum arvenſe* RIVIN. T. 79. In ſegetibus abunde.

Melam-

Melampyrum ſpica denſa, brevi, foliis inter flores criſtatis, reflexis. *Melampyrum criſtatum* RIVIN. T. 80. Circa *Jenam* paſſim & in M. *Altenſtolberg*, ſylva *Welmeſe* inter *Lauche* & *Scheipliz*.

Melampyrum ſpica laxiſſima, foliis inter flores laciniatis, patentibus *Enum. Helv.* p. 626. *Melampyrum coma caerulea* C. B. *Melampyrum ſylvaticum* RIVIN. T. 80. Ad oras nemorum.

Melampyrum floribus ſparſis, ſeſſilibus, binatis, foliis ſuperioribus incifis *Enum. Helv.* p. 626. *Melampyrum luteum, latifolium* C. B. *In Wäldern jenſeit groſſen Schneen*, & ſuper *Hardegſen*.

Melampyrum floribus ſparſis, ſeſſilibus, binatis, hiantibus, foliis omnibus indiviſis *Enum. Helv.* p. 627. In *ſylva hercynia* ubique.

Odontites foliis inter flores ſerratis *Enum. Helv.* p. 627. *Odontites* RIV. T. 89. In agris requietis & ſtipulis humidis.

Odontites foliis inter flores integris *Enum. Helv.* p. 627. *Euphragia ſylveſtris, major, lutea, anguſtifolia* COLUMN. p. 203. *ic. Jenae* in pratis ſuper *Ziegenhayn*.

Euphraſia foliis ovatis, acute dentatis *Enum. Helv.* p. 628. *Euphraſia* TABERN p. 862. In pratis.

β. Flore minori. In ſylvis, locisque ſicci oribus.

H. Vitex RIVINI. T. 117. *Vitex foliis anguſtioribus Cannabis modo diſpoſitis* GARID. T. 100. In *Armenia* THEVENOT.

H. Lantana foliis oppoſitis, petiolatis, floribus capitatis LINN. *Camara* MARCGRAF. p. 6. In *Chili* &c.

## DIDYNAMIAE VERTICILLATAE, SEMINIBUS QUATUOR NUDIS.

Chamaedrys foliis anguſtis, integris, ellipticis, ſubtus incanis *Enum. Helv.* p. 632. *Polium majus* CORD. p. 124. b. *Ajuga folio integro* RIVIN. T. 15. *Jenae* paſſim, v. g. *aufm Fuchsberg*, & in horto noſtro.

H. Marum Syriacum BLAKWELL. T. 47. *Pſeudomarum* RIVIN. T. 13. *Marum Cortuſi* I. B. III. p. II. 243.

H. Marum Hiſpanicum, nigrum, flore purpureo. *Piperella Hiſpanica* BOCCONE *Mus.* II. p. 166. T. 117. Calyx tubuloſus, ſubhirſutus, ſegmentum ſuperius triangulare, majus, quatuor reliqua minora & ima ſibi vicina. Flos absque galea. Segmenta ejus prima longa, acuta, ſubrecta, ſecunda auriculata, perpendicularia, ad eorum originem pilorum penicillus, retrorſum euns. Medium ſegmentum cochleari ſimile, purpureum.

H. Cha-

H. Chamaedrys frutescens, Teucrium vulggo I. R. H. *Teucrium* RIV. T. 10. *Teucrium verum* AICHST. *Aeſt. Ord.* VII. T. 11. f. 1. *Monſpelii.* In M. *Agnano, Bargae Hetruriae.*

Chamaedrys foliis ellipticis, ſerratis, mollibus, verticillis inter folia paucifloris *Enum. Helv.* p. 631. *Scordium* RIVIN. T. 11. BLAKWELL. T. 475. *An der Unſtrut bey Lauche.* Etiam *prope Gottingam inter portam Grohndenſem & Wehndenſem* circa fabricam olim naſcebatur. Prope *Philippos* BELLONIUS, & *in Lemno.* In *Hibernia, Monſpelii* &c.

Chamaedrys procumbens, foliis ſolidis, ovatis, rotunde crenatis *Enum. Helv.* p. 630. *Chamaedrys* RIVIN. T. 10. *Chamaedrys minor, repens* C. B. Hortenſis, *Jenae* paſſim & in *Helvetia* ſpontanea.

H. Chamaedrys, ſive *Teucrium foliis cordatis, crenatis, petiolatis, ſpicis oblongis, denſiſſimis ex Hircania* MARTINI *Comment. Gotting.* 1752. *cum icone.* Folia *Betonicae,* cordato elliptica, rugoſa, ſerrata. Ramus quilibet longa & denſa ſpica terminatur. Calyx deorſum gibbus, uno ſegmento ſurſum verſo, cordiformi, majori, mucronato, lateralibus obtuſis, imis acutis & rectis. Galeae nullum veſtigium. Barba quinquefida. Par ſegmentorum poſterius porrectum, acutum, verſus par alterum ſemicirculari ambitu terminatum. Par alterum ovato lanceolatum. Medium ſegmentum cavum, cochleari ſimile, circumſerratum, extus hirſutum, violaceum, cum reliquus flos purpureus

pureus ſit. Stamina bis bina. Semina rotunda, exaſperata germinis, ſede circulari.

Chamaedrys foliis pinnatis, pinnis obtuſis, trifidis *Enum. Helv.* p. 633. *Chamaedrys tertia* DODON. *Purg.* p. 431. *Iva moschata, folio multifido* RIVIN. T. 14. *Am Pleſsberge gantz oben beym Schloſſe.*

Bugula foliis ovatis, inter flores ſtipatis, flagellis reptans *Enum. Helv.* p. 634. *Bugula* RIVINI T. 75. flore rubro.

*β.* Flore albo.

*γ.* Flore roſeo. *Im Göttingerwald.*

Bugula foliis anguloſe dentatis, caule ſimplici *Enum. Helv.* p. 635. *Bugula montana* RIVIN. T. 75. *Um Geſcheröder Felde* & in ſylvis. Labrum ſuperius multo brevius, & minus conſpicuum, quam in priori ſpecie.

H. Bugula Orientalis, villoſa, flore inverſo caeruleo, alba macula notato DILL. *Hort. Elth.* T. 53. Verticilli denſiſſimi & molliſſimi. Calyx tubuloſus, productus in quinque ſegmenta triangularia, quorum imum latius eſt. Flos obliquus, ut barba potius ſuperior ſit, & magis tamen ad latus ponatur, extus villoſus, intus ſature caeruleus. Galea cordiformis, profunde inciſa. Barbae ſegmenta lateralia ovalia, medium cordiforme, emarginatum.

Bugula foliis trifidis, floribus per alas ſparſis *Enum. Helv.* p. 634. *Chamaepitys* RIVIN. T. 14. *Chamaepitys* tri-

*prima* DOD. *Purg.* p. 429. *Jenae* abunde ad radices M. *Kunitzberg*, verſus *Borſtendorf*. In *Madagascar, Virginia.*

Bugula a *Chamaedry* ſive *Teucrio* differt labello unice trifido, medio ſegmento emarginato, galea evidenti, bicorni, calycis parte ſuperiori minori.

H. Ocimum foliis ovatis, glabris. *Ocimum odore Faeniculi* &c. *Ocimum* RIV. T. 16. DOD. *Coron.* p. 287.

β. Ocimum medium. *Ocimum minus* RIVIN. T. 19.

γ. Ocimum medium, vulgatius & nigrum I. B. III. 2. p. 247. *Ocimum medium, rubrum* BARR. *ic.* 1057. MORIS. S. XI. T. 20.

δ. H. Ocimum minimum RIVINI T. 19. I. B. III. 2. p. 247. MORIS. l. c.

ε. H. Idem totum rubrum. *Ocimum rotundifolium, rubrum* BARR. *ic.* 1068. In inſula *Ceylon.*

Caſſida foliis cordatis, longe decreſcentibus, ſerratis, floribus gemellis *Enum. Helv.* p. 635. *Caſſida paluſtris, vulgatior, flore caeruleo* I. R. H. *Judaicae herbae alia ſpecies* DOD. p. 93. *Scutellaria* RIVIN. T. 76. In aquoſis paſſim, adque ipſas urbis foſſas.

H. Caſſida Americana, procerior I. R. H. *Caſſida peregrina, foliis Urticae latifoliae, rugoſis, flore caeruleo* BOERH. *Caſſida latifolia, flore minore* RIVIN. *mon. irreg.* T. 77. Flores parvi, gemelli, in ramis ſpicatis, caerulei,

rulei. Calycis criſta brevior, quam in aliis ſpeciebus. Flos caeruleus, galea quadrifida, & fabrica ea, quae in reliquis. Semen anguloſum, exaſperatum, flavum. A vulgari floribus minoribus, & foliis latioribus ſeparatur.

H. Caſſida Alpina, ſupina, flore magno I. R. H. In *alpibus Helveticis* ajunt naſci. Flores denſe ſpicati. Calyx ut in aliis Caſſidis. Flos tubo incurvo, in fine erecto, purpureo. Labii fabrica ſolita, ſed alae aculeum emittunt. Barba bifida, pallens, linea ſaturatiori diviſa. Semina glauco polline adſperſa, hinc convexa, inde planis inclinatis terminata.

H. Caſſida COLUMN. *Ecphras.* p. 189. *flore albo, pallente.* Calyx, ut in vulgari ſpecie, fuscus vero nitensque. Flos ochroleucus. Fabrica conſueta. Tuba fine ſimplici, non bifido, quod rarum. Semina reniformia, ſubaſpera.

H. Caſſida Orientalis, albiſſima, Urticae folio I. R. H. *Coroll.* Malum nomen. Flores gemelli exigui, in ſpica foliolis ovatis exiguis interrupta, galea purpuraſcente, barba alba, fabrica conſueta, ut alas poſſis galeae accenſere, & labium inferius latius, in medio eminens, aegre emarginatum. Tuba bifida. Calycis fabrica ſolita.

H. Caſſida ſpicis folioſis GMELIN. Ex *Sibiria*. Folia inter flores magna, pallida, ovato lanceolata. Calycis foliolum ſuperius revolutum, inferius quaſi reſectum, absque calcare, de more gentis. Flos ſpecioſus, uncia

major.

major. Labium ſuperius pallidum, rectum, ſimplex, cavum, conpreſſum. Alae ovatae, caeruleae, in principio labii ſuperioris erectae, ut ad id labium pertinere videantur. Barba ampliſſima, cordiformis, emarginata, pallida. Semina glauca, villoſa, ſubrotunda, excavata.

H. Caſſida Orientalis, foliis laciniatis COMMEL. *rar.* f. 30. *Caſſida folio Chamaedryos* RIV. T. 77. Nondum floruit.

H. Salvia minor CAMER. *Epit.* p. 476. BLAKWELL. T. 71. RIV. T. 70. Salvia minor, auriculata I. B. III. p. 105. In *Sibiria* ultra *Schelefinsk* GMELIN. Apices pulverulenti quatuor, nempe cuivis pedunculo oblique inſidet petiolus ſemicircularis: ejus pars ſuperior gerit apicem unilocularem, longum, pulverulentum, inferior in tumorem terminatur, in quo perinde pollen albus, ſed ea anthera brevior eſt.

Horminum ſylveſtre III. CLUS. p. 582, 583. Circa *Eisleben*. Inter *Erfurt* & *Tiefenthal*. Etiam ex *Tartaria* miſſum eſt. Folia inter flores colorata, violacea. Calyx ſuperius breviſſime tridentatus, inferius bifidus, ariſtatus. Flos violaceus. Galea brevis, fiſſa, fornicata, puſtulis albis notata. Alae ovales recta procurrunt. Labellum cavum, transverſim ovatum. Ponduscula duo, & apices uniloculares.

H. Salvia Africana, fruteſcens, folio ſubrotundo, glauco, flore magno, aureo COMMEL. *hort.* II. T. 92. Nondum floruit.

H. Hor-

H. Horminum coma violacea. *Horminum* DOD. p. 292. Calyx tomentoſus, bilabiatus, ſegmentum ſuperius ſpinulas laterales duas, mediamque breviſſimam habet. Inferiores dentes majores, ovato lanceolati, criſtati. Flos violaceus, fauce alba. Galea falcata, brevis, ſuperne villoſa. Alae plicatae, ovatae. Medium ſegmentum emarginatum, amplum. Stamina pondera appenſa habent.

H. Horminum coma viridi I. R. H.

H. Sclarea Mexicana, altiſſima, facie Heliotropii DILL. *Hort. Elth.* T. 254. *Jungia* HEISTERI ad *Epiſt. Burkhardianam.* Calycis dens ſuperior major, triangularis, inferiores duo minores. Flos ſature caeruleus, hirſutus, tubuloſus. Labium ſuperius cavum, parum emarginatum, inferius breviter trifidum, lateralia ſegmenta ovata, medium emarginatum, per aetatem ſurſum reflexum. Stamina cum ponderibus foliaceis conglutinatis. Tuba hamata, altero aculeo longiſſimo. In *Sibiria.*

H. Sclarea Indica, floribus variegatis I. R. H. Calyx viscidus, bifidus, fauce ampla. Segmentum ſuperius breviſſime tridentatum, inferius biſidum, dentibus omnibus ariſtatis, ſupremo breviſſimo. Galea falcata, violacea, cava, per lineae longitudinem inciſa, per quam inciſuram tuba incurvis finibus exit. Alae ovales, violaceae. Medium ſegmentum cavum, inſtar cochlearis, albidum, maculis violaceis pictum. Stamina de more ponderibus appenſis, & apice longo, uniloculari. Semina magna, nigra, ovata, conpreſſa.

H. Sal-

H. Salvia foliis cordato ſagittatis, ſerratis, acutis *Enum. Helv.* p. 639. *Horminum flore luteo* RIV. T. 35. In ſubalpinis *Helvetiae.* Stamina omnino quatuor, duo majora hyoidea, duo ſagittata alia.

H. Salvia caule nudo, ſpica florente pendula *Comm. Gotting.* 1751. T. XI. *Salvia foliis cordatis, obtuſe crenatis, ſpicis florum nutantibus Act. Petrop. Nov.* T. XI. Folia unice ad terram, cordatis longiora, acutiora, rugoſa. Caules longi, nudi, ſpica denſa, dum floret pendula, dum ſemina fert erigitur. Calyx de more Salviae. Flos valde hians. Galea erecta, aut cum ſpica pendula. Alae ovatae, medio ſegmento emarginato, cavo. Stamina habent pondus, & apicem longum unilocularem.

β. Varietas flore albo in horto nata.

H. Horminum Canarienſe, haſtato folio, caule tomentoſo PLUKNET. T. 301. f. 2. Stamina duo parva, retro ſtamina majora, capitata. Calyx bipartitus, fauce lateſcente, villoſa. Segmentum ſuperius ſimplex, acute plicatum, ad latus duobus denticulis breviſſimis accedentibus; inferiora ſegmenta ovato lanceolata. Floris labium ſuperius falcatum, cavum, inciſum, violaceum; labium inferius violaceum, partibus lateralibus recta procurrentibus, medio ſegmento lato, emarginato, violaceo. Staminum pondera hamata, violacea. Semina brevia, rotundo triquetra, linea eminente, utrinque acuminata.

H. Sclarea vulgaris, lanuginoſa, ampliſſimo folio I.R.H. *Aethiopis multis* I. B. Stamina duo falcata, cum ponderibus appenſis & apice uniloculari.

H. Horminum ſylveſtre, latifolium, verticillatum. *Horminum ſpurium* RIVIN. *monop. irreg.* T. 38. *Horminum ſylveſtre, latifolium, alterum* CLUS. *Pann.* p. 578. In agro *Veronenſi, Auſtria.* Calycis dentes tres ſuperiores, duo inferiores, recti. Flos ſaturate caeruleus. Galea cava, cochlear referens, integra. Alae oblongae, medium ſegmentum profunde exciſum. Stamina habent ponduscula, & apices uniloculares. Semina ovata, triquetra, fusca.

H. Horminum Virginianum, Blattariae folio DILL. Calyx ſuperne breviſſime trifidus, cyaneus, denticulo in inciſura eminente; inferiores duo dentes ariſtati. Galea brevis, inciſa. Alae parvae, ovatae. Medium ſegmentum emarginatum, ſurſum cavum. Ponduscula de more, apice inperfecto. Flos cyaneus ſaturus.

Salvia foliis ovato lanceolatis, ſerratis, verticillis raris & diſſitis *Enum. Helv.* p. 638. *Sclarea pratenſis, foliis ſerratis, flore caeruleo* I. R. H. *Horminum ſylveſtre* CAM. *Epit.* p. 629. *Bey der Raſenmühle um Rosdorf.*

β. Flore minori. *Jenae auf der Inſel.*

H. Horminum Verbenae laciniis, anguſtifolium TRIUMFH. p. 65. *Horminum ſylveſtre, inciſo folio, flore caeſio, Italicum* BARR. *ic.* 218. Spica nuda, verticilli ſexflori. Calyx bilabiatus, ſegmentum ſuperius breviter tridentatum,

dentatum, dentes inferiores in ſpinulam educti, profundius diviſi. Flos totus cyaneus. Galea emarginata, falcata. Alae elliptico acutae. Barba orbicularis, ora integra, ad fauces maculoſa, tumoribus duobus ornata. Stamina ex pondere facta, & ex apice uniloculari, longo. Semen fuscum, ovato conicum.

H. Horminum minus, folio ſinuato, flore minori, caeruleo DILL. Parum a priori differt, ſed flos major, aquate caeruleus.

H. Salvia foliis ſimplicibus, dentato pinnatis, aſperis LINN. *Horminum rugoſo, verrucoſoque folio* PAR. BAT. *ic.* p. 186. *Horminum annuum, ceratophyllum, rugoſum, flore ſulphureo* MORIS. S. XI. T. 13. Calyx bilabiatus, ſegmentis tribus ſuperioribus ab inferioribus diſtinctis. Flos brevis, ventricoſus, albus. Galea falcata, apice fiſſo. Alae amplae. Barba media, cochlearis inſtar excavata. Staminis ſinguli petiolus unicus, poſterius pondus appenſum, anterior proboſcis fert antheram longam, curvam, unilocularem, albo polline. Tuba bifida. Semina fusca, ex ſphaerico acuminata, hilo albo. r.

H. Rosmarinus RIVIN. T. 39. *Rosmarinus hortenſis, anguſtiore folio* MORIS. S. XI. T. 16. In *Helvetia calidiori*, *Gallia Narbonenſi*, *Africa*, *Galilea.* Huic raro in hac gente exemplo, tuba ſimplex, non bifida.

H. Monar-

H. Monarda floribus capitatis, caule obtuſo. *Origanum fiſtuloſum, Canadenſe* CORNUTI p. 14. *Menthaſtrum Virginianum Origanites fiſtuloſum* MUNTING. f. 121. *Origanum ſpurium, fiſtuloſum* RIVIN. T. 61.

H. Monarda floribus verticillatis LINN. *Clinopodium Virginianum, anguſtifolium, floribus amplis, luteo maculatis, cujus caulis ſub quovis verticillo decem & duodecim foliolis patentibus eſt cinctus* PLUKNET *Almageſt* p. III. T. 24. f. 1.

H. Ziziphora foliis lanceolatis, floribus terminatricibus LINN. *Clinopodium fiſtuloſum, pumilum, Indiae Occidentalis, ſummo caule floridum* PLUKNET. T. 164. f. 4. Character fere idem, qui ſequenti. Barba pene aequaliter trifida, ſegmentis ovalibus. Galea ovata, brevis. Flores inter lata folia in ſummo caule congeſti.

H. Ziziphora foliis lanceolatis, floribus in alis LINN. *Acinus Syriaca, folio mucronato, capſulis hirſutis* MORIS. T. III. S. XI. T. 19. f. 3. Calyx hispidus, longiſſimus, tubuloſus, convergens. Denticuli tres ſuperiores recti, exigui, duo inferiores majores. Flos paulo calyce longior. Galea recta, cava, ovalis. Barba tripartita, medio ſegmento emarginato. Purpuraſcit media barba, & faucibus albis, maculoſis eſt. Tubus longus, ſtrictiſſimus. Stamina duo eminentia. Tubae apex craſſus. Semina elliptico acuminata, ſubtiliter exaſperata.

H. Bru-

H. Brunella foliis imis integris, ſuperioribus laciniatis *Enum. Helv.* p. 637. *Brunella folio laciniato* RIVIN. T. 30. Flore albo, minori. Paſſim in *Helvetia.*

Brunella foliis dentatis, ſpica foliis minore *Enum. Helv.* p. 636. *Brunella major, foliis non diſſectis* C. B. *Brunella minor* RIV. T. 29.

β. Flore carneo.

Brunella foliis vix dentatis, ſpica foliis majore *Enum. Helv*, p. 637. *Brunella flore majore* RIVIN. T. 29. In montoſis *um Keſcheröder Feld.* Differt omnino a priori foliis in ſpica glabris, qua plicantur, tum calyce & flore WILLICH *diſſert.* p. 121.

H. Leonurus RIV. *in mon.* T. 19. & VOLC. *flor. ic.* 8. *Leonurus Capitis Bonae Spei* BREYNE *Cent. I.* *Leonurus Africanus, Sideritidis folio, flore phoeniceo, majore* I. BREYNE *Prodr.* 2. *Sideritis Africana flore aureo, oblongo Act. Hafn.* T. II. *Obs.* 24.

H. Leonurus Americanus, annuus, Nepetae folio, flore phaeniceo, minore. r.

Cardiaca foliis trilobatis *Enum. Helv.* p. 639. *Cardiaca* RIVINI T. 20.

H. Cardiaca Orientalis, caneſcens, folio Ranunculi pratenſis, flore purpureo, calyce molli I. R. H. *Coroll.* Fere calyce hirſuto & foliis mollibus & hirſutis a priori differt.

H. Cardiaca Tartarica, foliis tenuius & profundius inciſis, glabra AMMAN. Flos vulgari ſimillimus, folia differunt.

H. Cardiaca Chinenſis, albis calycibus, aculeatis, ſemine nigro MARTIN.

Cardiaca foliis cordiformibus *Enum. Helv.* p. 640. *Lamium folio oblongo, luteo* C. B. *Urtica iners, tertia, ſive Lamium luteo flore* DOD. *Pempt.* p. 153.

Lamium foliis diſſitis, cordatis, acutis *Enum. Helv.* p. 640. *Lamium purpureum, non faetens, folio oblongo* C. B. *Galeopſis* CAMER. *Epit.* p. 865. *Um die Papiermühle* ad ſepes.

*β.* Flore albo, hic frequentius. *Archangelica alba* BLAKWELL. T. 33.

Lamium foliis cordatis, obtuſis, in ſummo caule congeſtis *Enum. Helv.* p. 641. *Lamium purpureum, faetidum, folio ſubrotundo ſive Galeopſis Dioſcoridis* C. B. *Urtica iners, altera* DOD. p. 153. Vulgatiſſima in hortis.

Lamium foliis ſuperioribus amplexicaulibus, inciſis *Enum. Helv.* p. 641. *Lamium minus, folio caulem ambiente* C. B. *Alſines ſpecies* TABERN. p. 214. In hortis frequens. Character valde diverſus a reliquis Lamiis. Neque enim alae, ut in reliquis, aculeatae ſunt, neque labium inferius ſerratum. Deinde ſuperius etiam integrum eſt, non bifidum, & calyx non ariſtatus. Solo ergo biſulco labii inferioris medio ſegmento accedit.

H. Sta-

H. Stachys foliis oblongis, acutis, amplexicaulibus, ſerratis, floralibus cordatis, acutis, integerrimis ROY. *Sideritis Orientalis, Phlomidis folio* I. R. H. In *Syria* POCOCK. Folia inter flores cordata, acuminata. Calyx cylindricus, non anguloſus, ſubhirſutus, ad ſedem barbae hians. Labium ſuperius exiguum, ad acutum angulum erectum, bifidum, ochroleucum, utraque portione linea purpurea diviſa. Barba trifida, alis ovatis, linea rubra media diviſis: medium ſegmentum paulum cavum, transverſim latum, emarginatum, linea una media & aliis minoribus percurſum. Stamina in tubo floris recondita. Tuba non bifida.

H. Stachys Graeca, Hormini folio, flore ſordide luteſcente, maculis ſpadiceis, variegato NISSOLE. Calyx mollis, tubuloſus, dentes quinque ariſtati, ſuperior maximus, imus minimus. Flores teneri, flavi, adulti rubeſcunt. Labium ſuperius fornicatum inciſum, fere cordiforme; inferius tecta porrectum, trifidum, alis ovatis, ſegmento medio emarginato, maculato, Orchidum more: tuba breviter bifida.

H. Stachys Canarienſis, fruteſcens, Verbaſci foliis *Hort. Amſt.* II. f. 99. Calyx brevis, tubuloſus, paulum curvus, difformisque, ſegmentis ariſtatis. Flos paulo calyce longior. Galea ſimplex, ovalis, acuminata, non cava, reflexa, acuta. Alae ovatae. Barba pendula, transverſim lata, emarginata. Color albidus, facile decoloratur. Habitus ſolus eſt Stachyos, flos potius Marrubiaſtri.

Stachys foliis tomentoſis, baſi excifis, ovato decreſcentibus, verticillis denſiſſimis *Enum. Helv.* p. 643. *Stachys montana* RIVIN. T. 27. *Jenae* in pede M. *Künitzberg*, & in horto.

H. Stachys foliis hirſutis, ſpicam diſtinguentibus, imis cordiformibus *Enum. Helv.* p. 642. *Stachys Alpina, folio Betonicae* IC. REG. *Stachys folio obſcure virente, flore purpuraſcente* WALTHER. T. XIX. p. 108. In montoſis *Helvetiae*.

H. Pſeudoſtachys montana, maxima, nigra, folio ampliſſimo, flore atropurpureo MANETTI. Nondum floruit.

Stachys verticillis ſpicatis, foliis ſubhirſutis, ellipticis *Enum. Helv.* p. 643. *Stachys paluſtris* RIVIN. T. 26. In agris humectis frequens.

Stachys foliis cordatis, acuminatis, petiolatis, floribus laxe ſpicatis *Enum. Helv.* p. 642. *Stachys ſylvatica* RIVIN. T. 26. In ſylvis & ad ſepes.

H. Phlomis involucri radiis lanceolatis, tomentoſis LINN. *Phlomis fruticoſa, Salviae folio, longiore* I. R. H. *Salvia fatua, flore luteo* RIVIN. T. 71. *Phlomis Lychnitis* CLUS. *hiſp.* p. 348. In *Hiſpania* & *Narbonenſi Gallia*, *Monſpelii*.

H. Phlomis radicibus nodoſis, foliis cordiformibus, galea lacera *Comment. Gott.* 1751. T. XII. *Phlomis Hormini foliis, floribus parvis, ſuaverubentibus, villoſiſſimis* AMMAN.

AMMAN. n. 28. In *Sibiria* inter *Taram* & *Jamuſchewsk*. Radix plena ſubrotundis nodis, carnoſis, interque ipſos gracilia fila. Folia exciſa, cordiformia, ſerrata. Verticilli denſiſſimi. Calyx Phlomidis tubuloſus, incurvus, pentagonius, & ſemina ſimilia; ſed flos aliter ſe habet, qui pallide purpureus eſt, ſuperne hirſutus. Galea inciſa, ſegmentis iterum acute bifidis & trifidis, totis dentatis. Barbae ſegmenta lateralia ovata, medium latius, ſurſum cavum, emarginatum. Semina iterum Phlomidis. In *deſcriptione Commentariorum* radicis nondum effoſſae tubera omiſi.

H. Phlomis foliis multifidis MARTINI. *Ballote inodora, foliis Coronopi* AMMAN. T. 8. Folia glabra, quinqueloba, lobis ſemipinnatis, profunde inciſis. Calyx Phlomidis, pentagonius, quinque denticulis, imo longiſſimo. Tubus floris calycis longitudine, colore purpureo. Labium ſuperius ovale, excavatum, ſuperne hirſutum, recta protenſa. Filamenta ſtaminum maculata. Labium inferius Stachyos, lineatum, alis ovatis, recta procurrentibus, medio ſegmento emarginato, partibus divergentibus, ut in Phlomide. Semina tetraedra, baſi minori, obliqua, variegata ex fuſco & cinereo. Verticilli denſi, ſeſſiles.

Galeopſis foliis & caule fulcrato, hiſpidis, flore calyce duplo longiore *Enum. Helv.* p. 644. *Cannabis ſpuria* RIV. T. 31.

T. 31. *Galeopſis procerior, calyculis aculeatis* I. R. H. In ſylvis caeduis & in ruderibus.

*β.* Flore albo.

*γ.* Flore magno varicolore. *Cannabis ſpuria, flore majore* RIV. T. 32. In dumetis *um den Landolfshäuſer Teich.*

Galeopſis foliis ovato lanceolatis, molliſſimis & tomentoſis *Enum. Helv.* p. 645. *Cannabis ſylveſtris, ſpuria, tertia* LOBEL. p. 28. flore ochroleuco.

*β.* Flore purpureo. Abunde in arenoſis agris *Cellenſibus* verſus *Schelplan.* Utraque varietas, & tota purpureo, & ochroleuco flore barba violacea, ibi naſcuntur. Diverſitatem a parviflora oſtendit Cl. WILLICH. *diſputat.* p. 11. 12.

Galeopſis foliis longe ellipticis, ſubhirſutis *Enum. Helv.* p. 645. *Galeopſis patula, ſegetum, flore purpuraſcente* I. R. H. *Ladanum ſegetum* RIVIN. T. 24. *Narrow Ironwort* PETIVER. T. 33. In ſegetibus frequens.

Betonica foliis ovatis, glabris, crenatis, calycibus hirſutis, ariſtatis *Enum. Helv.* p. 645. *Sideritis arvenſis, latifolia, glabra* C. B. *Alyſſum majus* TABERN. p. 541. In ſegetibus.

Betonica foliis inter verticillos diſſitos ariſtatis, integris *Enum. Helv.* p. 646. *Sideritis flore luteolo* RIVIN. T. 10. *Jenae*, & in Comitatu *Hohenſtein* ad vias,

Betonica

Betonica foliis inter verticillos in vertice congeſtis, breviſſimis, integris *Enum. Helv.* p. 646. *Betonica* CAMER. *Epit.* p. 681. RIVIN. T. 28. Copioſe *im Lutje - Länger Holze und gegen Geismar.* Anno 1750 in Betonica vulgari vidi flores monſtroſos, labio ſuperiori cordato, inciſo, alarum paribus duobus, pro uno, medio trifido, ſtaminibus ductus latis, in quorum quolibet tres antherae. Adparet, paſſim monſtra Peloriae hactenus analoga naſci, quod a conſueta fabrica floris deflectant.

H. Betonica Alpina, latifolia, villoſa, major, flore luteo. Nondum floruit.

H. Moldavica foliis ternatis, *Moldavica Americana, trifolia, odore gravi* I. R. H. *Cedronella Canarienſis, viscoſa, foliis plerumque ex eodem pediculo ternis* H. AMST. II. t. 141. *Dracocephalo affinis Americana, trifoliata, Terebinthinae odore* VOLC. *flor.* p. 144. Flores in breves craſſasque ſpicas diſpoſiti. Calyx tubuloſus, paulum curvus, ſegmentis parum inaequalibus, ariſtatis. Tubus floris gracilis, flavus, deorſum ventricoſus. Galea bifida, ſegmentis reflexis. Alae deorſum plicatae, labellum tumens, ex quo ſegmentum circumſerratum deſcendit. Semina hinc convexa, inde plano inclinato fiunt.

H. Moldavica foliis ellipticis, profunde crenatis. *Moldavica Betonicae folio, flore caeruleo* I. R. H. *Pſeudomeliſſa* RIV. T. 72.

H. Flo-

β. H. Flore albo AICHST. *Aeſt, Ord.* VII. T. I. f. 2.

H. Moldavica foliis ovatis, crenatis, floralibus orbiculatis, creberrime ciliatis, peramplis. *Moldavica Orientalis, Salicis folio, flore caeruleo* I. R. H. *Cor.* Folia rotunda, ciliata, inter flores. Flores bini, ternive in brevibus petiolis. Calyx tubuloſus, incurvus, ſegmento ſuperiori majori, ovato, acuto, diſtincto. Tubus floris anguſtus. Galea cordata, plicata, caerulea, barba trifida, alis ovatis, labello albo bifido, ora caerulea, ſerrata. Faux deorſum tumens. Semen album, corde inſcriptum.

H. Moldavica foliis ovatis, glabris, crenatis, floralibus ciliatis, exiguis. *Moldavica Orientalis, Betonicae folio flore magno, violaceo* COMMEL. *ic.* 28. Calyx tubuloſus, parum dilatatus, incurvus, dente ſupremo latiori. Galea magna, anguſta, profunde diviſa, ſegmentis reflexis, ſerratis. Fauces amplae. Alae ovatae, absconſae medio ampliſſimo ſegmento, transverſim lato, emarginato, ſerrato. Folia inter flores brevia, ciliata. Semen pene ovale, hinc tamen plano inclinato fit, & albo corde inſcribitur. r.

H. Moldavica foliis ovatis, floribus calycem vix ſuperantibus. *Moldavica Orientalis, minima, Ocimi folio* COMM. *ic. rar. plant.* 29. Ex *Sibiria.* Folia ciliata nulla. Spica longa, rara. Flores exigui, bini, ternive ex uno petiolo, colore obſolete purpureo. Calyx lineatus caeruleus. ſegmento ſuperiori ovali, ariſtato, duobus proximis latioribus, imis ariſtatis. Galea parva, inciſa, reflexa

flexa. Alae pene ovatae, labelli origo maculoſa, finis biſulcus, fere ut in Lamio.

H. Moldavica foliis glabris, ovatis, floralibus lanceolatis, floribus calyce duplo longioribus. *Moldavica Betonicae folio, floribus minoribus, pendulis, caeruleis* AMMAN. Ex *Sibiria*. Calyx tubuloſus, paulum incurvus, ſegmento ſupremo latiori, omnibus ariſtatis. Flos ſpecioſus, uncialis, pulchre caeruleus, tubo gracili, fauce ampla, galea cava, profunde inciſa, alis parvis, labello biſulco, obiter ſerrato, in origine maculoſo. Semen corculo exiguo inſcriptum.

H. Moldavica foliis cordato triangularibus, ſerratis *Comment. Gotting.* 1752. *Cataria montana, foliis Veronicae pratenſis* BUXBAUM *Centur* III. p. 27. T. 50. Folia circa pedunculum exſecta, longiora & acutiora cordiformibus, argute dentata. Rami gemelli, multiflori. Flores magni, uncialibus majores. Calyx glandulis odoratis notatus, tubuloſus, ſegmentis tribus ſuperioribus triangularibus, duobus inferioribus longioribus, profunde inciſis. Flos ſaturate caeruleus, tubo gracili, fauce ampla, quae Moldavicae characterem abſolvit. Labium ſuperius breviter inciſum. Alae ovatae. Labellum amplum, purpureis maculis, villis albis in medio hirſutum, bipartitum, portionibus ſerratis, reflexis, qua altera nota a Nepeta diſſidet. Semina ſubtriquetra, hinc convexa, inde planis obtuſe coeuntibus, albis mucronibus.

Dracoce-

Dracocephalon RIVIN. *monop. irreg. T.* 25. *Digitalis Americana, purpurea, folio ſerrato* MARCHANT p. 271.

Dracocephalon foliis ex lanceolato linearibus, rarius dentatis, ſpinuloſis, floribus gemellis MARTINI Nondum floruit.

Dracocephalon, quod Ruyſchiana glabra, foliis integris AMMANN. *Chamaepitys major, caerulea* MUNTING, f. 171. Nondum floruit.

Cunila foliis ovatis, dentatis, hirſutis. *Stachys minima* RIVIN. *mon. irreg.* T. 27. *Round Ironwort* PETIVER. T. 33. *Um Längeler und aufm Hagen* in ſegetibus. Verticilli quatuor & quinque florum. Flos carneus, parvus, galea breviori, quam barba, obtuſa, parum ſubrecta. Barba recta, protenſa, alis ovatis, medio ſegmento ſubrotundo, in principio maculoſum. Semina pene cordiformia, opere vermiculato inſcripta.

H. Cunila foliis ovatis, dentatis, verticillis multifloris. *Marrubiaſtrum anguſto, Cardiacae folio, viridi* BOCC. *Mus.* H. *Plant.* p. 136. T. 98. bene. Circa *Stampas Veronae* & circa *Wittebergam* RUPP. Verticilli ſeſſiles. Calyx quinquedentatus, longe ariſtatus: Flos exiguus, rubellus, tubo curvulo. Galea paulum ſubrecta integra, rotunda. Barbae alae ovatae, medium ſegmentum multo majus, emarginatum. Stamina tubum floris non excedunt.

H. Cu-

H. Cunila calycibus patulis, ariſtatis. *Sideritis montana, parvo flore, nigro purpureo, capite medio croceo* COLUMN. I. p 196. Calyx tubuloſus, bilabiatus. Ejus pars ſuperior trifida, dentibus triangulis, ariſtatis & quaſi ſpinoſis, inferioribus ſimilibus. Flos calyce minor, flavus, omnibus oris fuscis. Galea brevis, erecta, ſuperne anguſtior, in ſpinulam terminata, barba recta, protenſa, alis parvis, medio ſegmento magno, in arcum flexo. Semina ovata, acuminata.

H. Cunila foliis ovatis, tomentoſis. *Sideritis Cretica, tomentoſa, candidiſſimo flore luteo* I. R. H. *Coroll.* aut certe hoc nomine miſſa. Calyx campaniformis, quinque ſegmentis mollibus, tomentoſis, ariſtatis, quorum duo inferiora rectiora ſibi propiora ſunt. Flos galea alba, oris nigris, caeterum erecta, brevis, pene quadrangularis, ſerrata, pene trifida. Alae quadrangulae, ſerratae. Barba longior, difformiter emarginata, ſerrata, cum alis nigra. Tuba ſub apice ramum emittit.

Ballote *Enum. Helv.* p. 648. I. R. H. FUCHS. p. 154. p. 154. *Marrubiaſtrum* RIVIN. T. 65. Ad maceries & ſepes.

Marrubium foliis rotundis, ſerratis, calycis denticulis decem *Enum. Helv.* p. 684. LINN. *Marrubium* MATTH. *Comp. Ital.* p. 512. *Marrubium album, vulgare* C. B. *An der alten Leine zwiſchen der Brücke* & in arce *Pleſſe.*

H. Marru-

H. Marrubium foliis cordatis, ſerratis, tomentoſis. *Marrubium album, inodorum* RIVIN. T. 70. *Marrubium album, rotundifolium, Hiſpanicum* HERMANN *Parad.* p. 201. ic. *Marrubium ſubrotundo folio* BOCCONE T. 122. *Muſ.* Calyx tubuloſus, decem dentibus ariſtatis terminatus. Flos longus, ſtriatusque. Galea alba, piloſa, ſine bifido, ſegmentis denuo inciſis. Barba purpurea, ſtriata, deſcendens, alis brevibus ovatis, ſegmento medio diviſo, ſerrato.

H. Marrubium foliis ovatis, tomentoſis, integerrimis. *Pſeudodictamnus* RIVIN. T. 74. DOD. p. 281. Calycis campaniformis ſegmenta quinque rotunda, quinque minimis denticulis intermiſtis: faux lanugine clauſa. Flos purpureus. Labium ſuperius parum cavum, ſubrectum, bidentatum, ciliatum, ſegmentis inciſis; inferius longum, deſcendens, alis ovatis deſcendentibus, medio ſegmento infurcato.

Marrubium foliis ellipticis, ſerratis, venoſis, calycibus quinquedentatis. *Marrubium Creticum* TABERN. p. 539. In ipſo pago *Erdeborn* formoſa planta ſponte naſcitur. Calyx dentibus quinque rectis, imo longiori. Flos albus, galea inciſa, ſegmentis diviſis, alis patulis, medio ſegmento lato, ſubrotundo. Folia alba, venoſa, dura, breviter dentata. Caulis ramoſiſſimus.

H. Marrubium foliis cordatis, retuſis, ſerratis, calycibus quinquedentatis. *Alyſſon Galeni* CLUS. *hiſp.* p. 386. RIV. T. 69. Ad *Eldam* pagum *Regni Valentiae.* Calyx

ſtellatus,

ſtellatus, pentagonius, rigidus, dentibus ſuperioribus duobus minoribus. Flos purpureus, galea inciſa, barbae partibus lateralibus acuminatis, medio ſegmento cordiformi.

Cataria foliis cordatis, petiolatis, verticillis ſpicatis *Enum. Helv.* p. 649. *Herba Gattaria* MATTH. p. 719. *Nepetha* RIV. T. 52. In ruderoſis.

H. Cataria foliis argute dentatis, caule laxe paniculato. *Enum. Helv.* p. 652. *Cataria anguſtifolia, major* I. R. H. *Calamintha montana, praealta, Pulegii odore* BOCC. *Mus.* II. p. 45. 58. 59. *ic.* 38. In *Helvetia* circa *Weſen.* Vera omni dote Cataria, calyce curvo in origine ſua latiori, galea cordata, alis magnis acute terminatis, medio ſegmento barbae rotundo, circumſerrato. Flos violaceus.

H. Cataria foliis ovatis, ſerratis, hirſutis. *Cataria peregrina, latifolia* LOBEL. p. 511. Calyx brevis, quinque ſegmentis anguſtis, ſuperioribus majoribus. Galea cordiformis, barba circumſerrata, repanda, in medio mucronata. Flos albus.

H. Cataria foliis ovatis, petiolatis, glabris, verticillis diſſite ſpicatis *Enum. Helv.* p. 649. *Cattaria Hiſpanica, Betonicae folio, anguſtiori, flore caeruleo & albo* I. R. H. In *Hiſpania, Helvetia* inter *Bex* & *S. Mauriz.*

H. Cataria ſpicis folioſis, coloratis. *Nepetha tuberoſa, ſpicata, purpurea, Hiſpanica* BOCC. *Mus. plant.* T. 36. non bene. *Cataria ſpicata, caerulea, radice tuberoſa* MUNTING. f. 120.



H. Ca-

H. Cataria caule quadrangulo, ſpicis denſiſſimis, nudis. *Cataria* (Betonica) *maxima, Scrophulariae folio, floribus incarnatis* HERMANN. *Parad.* p. 106. cum icone. In *Canada, Virginia.*

H. Cataria floribus inverſis *Comment. Gotting.* 1752. Radix perennis. Caules cubitales. Folia ex ovatis cordiformia, obtuſa, rugoſa, circumſerrata. Rami florigeri, gemelli, octoflori. Calyx cylindricus, tribus ſuperne dentibus inciſus. Flos longe tubuloſus, obliquus, tubo longo, latescente, ſede ſtaminum potius inferiori, labio, quod ſuperius eſſe ſolet & ſtamina continet, inferius poſito. Hoc inciſum eſt & fit duabus portionibus ovatis. Alae ovatae. Barba hic ſuperior, emarginata, transverſim lata, crenata & lacera. Color floris caeruleus. Semina alba, macula cordiformi notata. Odor Catariae. Ex *Sinarum* regione.

H. Praſium foliis ovato oblongis, ſerratis *Cliff. Teucrium, fruticans, amplo & albo flore, Italicum* BARR. *ic.* p. 895. *Lamio fruticoſo ſenza macchia di Candia* ZANON. T. 80. Unica inter omnes plantas verticillatas fructum mollem profert.

H. Meliſſa Fuchſii *Enum. Helv.* p. 650. CAMER. *Epit.* p. 99. *Lamium Plinii* KOENIG *diſp. propr.* Sponte in *Helvetiae* dumetis; *Auf der Aſſeburg* ROYER. Varietas etiam alba

alba galea, labello purpureo datur. Calyx irregularis, inciſionibus, obſcuris.

H. Meliſſa floribus ex alis inferioribus ſubſeſſilibus LINN. *Meliſſa* RIVIN. T. 45. BLAKWELL. T. 27. *Meliſſa officinarum* AICHST. *Aeſt. Ord.* VII. T. I. f. 3. *Veronae* & in *Helvetia calidiori*. Circa *Genevam*, Circa *Ingolſtatt*, & *in Colchide*.

H. Meliſſa foliis ovatis, obtuſis, caule procumbente *Enum. Helv.* p. 651. n. 2. *Calamintha Pulegii odore* C. B. *Calamintha folio incano* RIV. T. 47. In *Anglia*, *Belgio* per agros. Petioli multiflori, non dichotomi.

H. Meliſſa (*Calamintha*) Pulegii odore flore minori, erecta, Virginiana COLLINS. Habitus prioris. Odor fortior. Folia magis dentata. Flos multoties minor, Calyx ſimilis, labio ſuperiori tridentato, ſurſum reflexo, inferioribus duobus rectis, anguſtis. Flos caerulescens, vix calyce longior. Galea emarginata, Alae ovatae, medium ſegmentum ſubovatum, ſurſum reflexum. Semina parva.

H. Meliſſa Moluccana ſpinoſa DOD. *Purg.* p. 164. *Molucca* RIVIN. T. 64. In *Syria*. Calyx ampliſſimus, conice patulus, ex brevi tubo emittens, ſegmentum ſuperius, inferiora quatuor, ariſtata omnia & ſpinoſa.

H. Meliſſa levis Moluccana MUNT. *hiſt.* f. 217. In *Syria* POCOCK. Calyx ampliſſimus quinque brevibus ariſtis inermibus terminatus.

Chamaeclema caulibus procumbentibus, radicatis, foliis cordiformibus, petiolatis *Enum. Helv.* p. 652. *Calamintha humilior, folio rotundiori* I. R. H. *Hedera terreſtris* DOD. p. 394. BLAKWELL. T. 225. Ad ſepes frequens & ſub arboribus.

Chamaeclema flore magno. *Hedera terreſtris, montana* C. B. *Chamaeclema majus, hirſutius* VAILL. p. 33. Paſſim v. g. in *vallo ſuburbano.*

H. Hyſſopus officinarum, caerulea, ſpicata C. B. *Hyſſopus* RIVIN. T. 65. In rupibus arcis *Salzderhelden*, quaſi ſponte.

β. Flore albo.

H. Satureja pedunculis bifloris LINN. *Satureja* RIVIN. T. 44. *Satureja ſativa* I. B. III. p. 272. In *Italia, Gallia.*

Clinopodium verticillis denſiſſimis, diſſitis, foliis tomentoſis, ovatis, acuminatis *Enum. Helv.* p. 653. *Clinopodium* RIVIN. T. 43. *Clinopodium Origano ſimile, elatius, majori flore* I. R. H. *Gegen Lüttjelängen.*

Clinopodium verticillis paucifloris, ab imo ad ſummum diſperſis *Enum. Helv.* p. 654. *Small wild Baſil* PETIVER. T. 32. *Clinopodium arvenſe, Ocimi folio* I. R. H. *Acinos* RIVIN. T. 47. Paſſim in agris & muris. Ex faucium amplitudine ad Moldavicam referri poteſt, cum cujus ſpeciebus habitus conſentit.

β. Flo-

β. Flore albo.

H. Clinopodium perenne, Pulegii odore, Majoranae folio, Patavinum BOCCONE. Calyx ſulcatus, deorſum gibbus, ut in Acino, tribus dentibus ſuperioribus, duobus inferioribus. Flos ad Moldavicam accedit, uti flos Acini, fauce ampliori, galea inciſa, cordata, labello amplo, alis ovatis, medio ſegmento transverſim lato. Color ſubviolaceus, fauces maculoſae. Semina exigua, fuſca, ovata, maculata.

H. Clinopodium floribus verticillatis, foliis ovatis, ſerratis, in fine leniter tomentoſis KALMII. Nondum floruit.

H. Thymus erectus, foliis margine reflexis, ovatis, floribus verticillato ſpicatis LINN. *Thymus* RIVIN. T. 41. In *Africa, Gallia calidiori.*

Thymus foliis ovatis, baſi ciliatis, flore minore. *Enum. Helv.* p. 654. *Serpyllum vulgare, minus* C. B. *Serpyllum flore minori* RIVIN. T. 42.

β. Citri odore. *Serpyllum citratum* RIVIN. T. 41. In montoſis lapidoſis ubique.

γ. Flore majore VAILL. T. 32. f. 8.

Thymus foliis ellipticis & caule hirſutis *Enum. Helv.* p. 655. *Serpyllum ſaxatile, hirſutum, Thymifolium, incanum, flore rubello & flore albo* VAILL. T. XXXI. f. 40. *Serpyllum pannonicum* III. CLUS. *Pann.* p. 626. In ſabuletis *Cellenſibus* frequens,

H. Laven-

H. Lavendula anguſtifolia MORIS. S. XI. T. 1. *Lavendula* BLAKWELL. T. 294. RIVIN. T. 54.

H. Lavendula latifolia RIVIN. T. 54. *Monſpelii*. Parum a priori differt.

H. Lavendula foliis lanceolato linearibus, ſpica comoſa LINN. *Stoechas Arabica* RIVIN. T. 55. In *Stoechadibus inſulis, Syria, Aſia minori*. Spica octoſticha, & quatuor ordines una florent. In ſpica folia lata, lanuginoſa, venoſa. Calycis ſegmentum ſuperius cordiforme, latum, quatuor reliqua breviſſima. Flos violaceus, paulum obliquus, ſegmentis duobus ſuperioribus paulo majoribus, omnibus ſubrotundis. Tuba capitata. r.

H. Lavendula foliis ſerratis, ſpicis folioſis. *Stoechas* II. CLUS. *hiſp.* p. 233. *Stoechas folio ſerrato* DOD. *Purg.* p. 412. *Stoechas ſerratifolia* RIVIN. T. 55. Spica bracteis diſtincta. Flos verbenae caerulescens, ſegmentis quinque ſubrotundis, quorum duo ſuperiora ſupina ſunt. Calycis ſegmentum ſupremum amplius, reliqui denticuli breviſſimi. Tubus floris interne gibbus. Tuba clavata. In *Toscana, Monſpelii*. &c.

H. Lavendula folio multifido RIVIN. T. 54. CLUS. *hiſp.* p. 235. In Africa.

Origanum ſpicis folioſis breviſſimis, coloratis, umbellatis *Enum. Helv.* p. 656. *Origanum ſylveſtre ſeu vulgare* TABERN. p. 346.] Ad omnes colles *Germaniae* inque *Creta*.

H. Ori-

H. Origanum ſtaminibus latentibus. *Origanum Heracleoticum* I & II. TABERNAEM. p. 345. *Majorana Origanites* MUNTING. *hiſt.* f. 210. *Majorana perennis* RIVIN. T. 58. Differt a priori odore grato, flore carneo albido, ſtaminibus in tubo floris latentibus, quae in priori eminent, & apicibus minutiſſimis, quaſi abortivis.

H. Majorana vulgaris, annua MORIS. S. XI. T. 3. *Majorana* RIVIN. T. 58. *Majorana ſive Marum* DOD. *Coron.* p. 268. Calycis foliola duo, ambitu hyperbolico, ſuperiori minori, cui flos adhaeret. Hac nota a tota verticillata claſſe diſtat. Flos infundibuli modo dilatatus, labio ſuperiori brevi, inciſo, inferiori acute & aequaliter trifido. Spicae tetraſtichae. Cum Origano nihil commune habet.

H. Dictamnus LOB. *ic.* p. 502. In *Creta, Calabria* LABAT. Nihil quidem cum Majorana commune habet, praeter aliquid in ſpicis floralibus, neque cum Origano. Calyx hinc ſuperne reſectus, inde recta productus in ſegmentum ovato lanceolatum. Flos magnus, purpureus ſub ortu barbae tumet, labio ſuperiori rotundo, cavo, bifido, ex quo ſtamina eminent, inferiori aequaliter trifido. Folia in caule tomentoſa, in ſpica glabra, colorata.

Mentha foliis elliptico lanceolatis, verticillis in ſpicam nudam continuatis *Enum. Helv.* p. 638. *Mentha ſylveſtris*

 longio-

*longiore folio* C. B. *Menthaſtrum* RIVIN. T. 51. BLAKWELL. T. 292. In aquoſis ubique.

Mentha foliis ovatis, tomentoſis, verticillis in ſpicam continuatis *Enum. Helv.* p. 657. *Mentha rotundifolia, ſpicata, altera.* C. B. *Menthaſtrum ſpicatum, cultum, folio rotundiore, rugoſo* I. B. III. 2. p. 218. *Menthaſtrum Anglicum* RIVIN. T. 51. In foſſis *Alſatiae.* Staminibus brevibus & non eminentibus, & foliis non acuminatis a priori differt.

H. Mentha criſpa, rotundifolia, ſpicata MORISON. S. XI. T. 6. I. B. III. p. 217. *Mentha criſpa* RIVIN. T. 50. In *Anglia* hinc inde.

H. Mentha anguſtifolia, ſpicata C. B. MORIS. S. XI. T. 6. *Mentha ſpicata, folio longiore, acuto, glabro, nigriori* I. B. III. p. 220. In comitatu *Northamptonienſi.*

Mentha foliis ovato lanceolatis, verticillis paucis, ſupremo maximo *Enum. Helv.* p. 658. *Mentha rotundifolia, paluſtris* C. B. H. OX. III. p. 370. T. 7. f. 6. In foſſis aquoſis.

Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis, acute ſerratis *Enum. Helv.* p. 658. LINN. *Mentha verticillata* RIVIN. T. 48.

Mentha paluſtris, verticillata DILL. *Gieſſ.* Revera differt, non ſolum glabrioribus foliis & laetiori habitu, & flore majori, ſed etiam calyce profundius inciſo, ſtaminibus in tubo floris latentibus, cum in Mentha verticillata arvenſi ſtamina tamen in tubo floris conſpici poſſint.

Pule-

Pulegium foliis ſubrotundis, verticillis nudis *Enum. Helv.* p. 659. *Pulegium* FUCHS. p. 198. *Pulegium latifolium* C. B. Ad inſulas *Rheni* & litora ejus aquoſa abunde. In *Lemno* BELLON.

Lycopus *Enum. Helv.* p. 660. LINN. *Pſeudomarrubium paluſtre* RIVIN. T. 21.

β. Marrubium aquaticum; foliis tenuius diſſectis MORIS. *Prael.* PLUKN. 45. f. 1. In aquoſis non raro.

H. Amethyſtina *Comment. Götting.* 1751. T. X. p. 209. *Amethyſtina montana, erecta, foliis exiguis, ſerratis, trifidis, flosculis cum coma ex caeruleo janthinis* AMMAN. *Ruthen.* p. 54. n. 76. Calyx campaniformis, patens. Flos tubuloſus, limbo quinquefido, ſegmento inferiori latiori, emarginato, reliquis ovatis, acutis, ſtaminibus duobus, tuba incurva ſimplici.

Verbena foliis laciniatis, ſuperioribus tripartitis, ſpicis anguſtis, longiſſimis *Enum. Helv.* p. 661. *Verbenaca* MATTH. p. 1052. *Verbena vulgaris* I. B. III. p. 443. Ubique ad foſſas.

H. Verbena Urticae folio, Canadenſis, foliis inciſis, flore majore I. R. H. A ſequente differt foliis, floribus, magnitudine, colore; vulgari Europeae tota propior, & aſperi-

aſperitate majori atque acutiori partium foliis diviſione ſola diverſa. Stamina in duobus ordinibus de more quatuor. r.

H. Verbena altiſſima, Americana, ſpica multiplici, Urticae foliis, anguſtis, floribus caeruleis HERMAN. *Par.* p. 242. Spicae denſiores, ſub quovis calyce ſquama. Calyx tubuloſus, denticulis tribus ſuperioribus, quorum medius breviſſimus eſt, inferioribus duobus. Tubus floris incurvus, flos violaceus. Segmenta duo ſuperiora acutiora, anguſtiora, fauces clauſae, medium ſegmentum emarginatum. Stamina duo longiora, duo breviora. Tuba apice globoſo, ſub globo ſpiculum; Semen ellipticum, hinc convexum, inde excavatum. r.

H. Verbena foliis ovato lanceolatis, caule erecto, ſpicis filiformibus LINN. *Hort. Cliff.* p. 11. *Verbena con foglia dortica di Canada* ZANON. p. 227. *ic.* 175. *Verbena maxima, Urticae folio, ſpicata* MUNTING f. 225. *Verbena peregrina, foliis Urticae* MARCHANT p. 317. Spicae valde rarae. Calyx curvulus, ſegmentis brevibus, quinis, ſuperiori minimo. Flos albus, tubo curvo, ſegmento imo ſaepe emarginato, duobus mediocribus, duobus ſupremis minimis, faucibus pilis clauſis. Stamina ſeſſilia, duorum ordinum.

H. Verbena Caroliniana, Meliſſae folio, aſpero DILL. *Hort. Elth.* T. 30. Flores minimi, pallide caerulei, ſegmentis ovatis, quorum duo minora propiora ſibi, tria magis diſtantia, fauces pilis clauſae ſunt. Calyx tubuloſus,

denti-

denticulis brevibus, ſuperiori breviſſimo. Stamina duo longiora, duo breviora.

H. Verbena Bonarienſis, altiſſima, Lavendulae Canarienſis ſpica multiplici DILL. *Hort. Elth.* p. 406. f. 406. Calyx tubuloſus, denticulatus, ſupremo denticulo minimo. Floris tubus paulum curvus, limbus quinquefidus, ſegmentis violaceis, emarginatis, quorum imum maximum duo mediocria, duo ſuprema minima ſunt. Stamina in duobus ordinibus quatuor. Semina de more gentis.

H. Verbena nodiflora C. B. *Prodr.* Spicae breves, rotundae, per caulem diſperſae, & pene ſeſſiles, exceptae foliolis ovatis firmis, ut ſub quovis etiam flore foliolum ſit. Calyx bifolius, biglumi ſimilis, flosculus albo rubellus: tubus rectus: ſegmenta tria ſubrotunda, minora, duo inferiora magna. Stamina quatuor in faucibus floris, apicibus bilocularibus. Tuba capitata. Semina hinc convexa, inde plana, ovata, reſecta & emarginata. Calyce a reliquis ſpeciebus differt.

Neque ergo duae unice antherae ſunt, ut HILLIUS ſcripſit T. II, *nat. hiſt.* p. 170.

DIPSA-

## DIPSACEAE FLORIBUS SEMINI INNATIS, AGGREGATIS.

H. Gomphrena caule recto, foliis ovato lanceolatis, capitulis ſolitariis, pedunculis aphyllis LINN: *Amarantho affinis, Orientalis, floribus glomeratis, Ocymoidis folio* BREYN. *ic.* 51. 2. *ſp:* H: AMST. I. f: 45: *Wadepu* H. MAL. X. p. 73.

β. H. Capitulis argenteis, majoribus. Varietas. r.

H. Limonium peregrinum, Aſplenii folio. C. B. *Limonium Syriacum, elegans* RAUWOLF n. 314. *Limonium peregrinum* CLUS. *cur. poſt.* p. 33. *Limonium elegans Aſpleniodes* MUNTING. *hiſt.* f. 201. In *Palaeſtina* POCOCK, Caules alati, annui. Folia eleganter ſemipinnata, dentibus obtuſis & crispis. Flores in longo ordine in ramis diſpoſiti; ſub floribus foliola craſſa, bifida. Calyx plicatus, conicus, caeruleus. Petala quinque ochroleuca, emarginata.

H. Statice caule nudo, ramoſo LINN. *Limonium* LOB. p. 295. *Limonium maritimum* MOR. S. XV. T. I. Ad ripas *Maris mediterranei* & *Baltici* etiam, & *Anglici.* Nomen non ſufficit, cum ſequenti, & aliis conveniat. Huic ſpeciei rami pene teretes, folia in ramis minima, albo rubra, ovato lanceolata, petalodea; flores in ramis ordinati;

dinati, paralleli, in ſpicas heteromallas. Valde ludit, & ſaepiſſime multiplicatum eſt.

H. Statice foliis lanceolatis, mucronatis, radicalibus, caule ancipiti, dichotomo, floribus alternis diſtantibus. *Limonium elatius, Plantaginis folio, procumbentibus, in aculeum terminatis, floribus albis, in ſpicas congeſtis* AMMAN. n. 130. GMELIN. II. T. 92. Ad *Jaicum* fluvium. Diverſum utique a priori ramis valde anguloſis, recurvis, magis ſparſis, durioribus, foliis ramorum non pellucidis & ovato lanceolatis, ſed rigidis, viridibus, acuminatis, floribus inordinatis, diſtantibus, albis, r.

H. Limonium caule folioſo, ramoſo, foliis ellipticis, obtuſis. *Limonium lignoſum, Gallas ferens* BOCC. *Mus. Sic.* T. 17. nobis autem Gallas non fert.

Statice caule nudo, ſimpliciſſimo LINN. BOERH. *Limonium gramineum, flore globoſo majus* MORIS. S. XV. T. I. Circa *Herzberg*, *Goslar* & alibi in ſabuloſis *Germaniae*.

Valeriana foliis omnibus pinnatis *Enum. Helv.* p. 662. LINN. *Cliff.* p. 16. *Valeriana ſylveſtris* DOD. *Purg.* p. 87. In udis ſepibus.

H. Valeriana monoſtemon, foliis imis integris, ſuperioribus pinnatis. *Valeriana folio Calcitrapae* MORIS. p. 101. *Monspelii* & in *Luſitania*.

β. Flore rubro.

γ. Foliis

γ. Floiis integris. *Valeriana latifolia, ad Valerianam folio Calcitrapae adcedens* MORIS. III. p. 102.

Valeriana foliis imis ovalibus, ſuperioribus plerumque pinnatis, ſexu diſtincta *Enum. Helv.* p. 663. *Valeriana paluſtris, minor* C. B. *Phu minimum* ſeu *Valeriana montana, paluſtris* CAMER. *Epit.* p. 23. Mas flore magno.

β. Femina flore minuto, congeſto. *Valeriana paluſtris, foliis ſubrotundis* LOESEL. *ic.* 84. p. 279. In paludoſis paſſim.

H. Valeriana foliis imis integris & ſemipinnatis, ſuperioribus pinnatis. *Valeriana hortenſis* vulgo. In *Delphinatus* & *Languedociae* montibus.

H. Valeriana foliis omnibus integris, ovatis, leviter, dentatis *Enum. Helv.* p. 664. *Valeriana Alpina, folio Scrophulariae* C. B. *Prodr.* p. 87. In *Helvetiae* montibus abunde. r.

H. Valeriana flore calcare donato *Enum.* Helv. p. 665. *Valeriana rubra* DOD. *Purg.* p. 91. *Valeriana marina latifolia* MORIS. *Umbell.* T. II. *Nemauſi*, *Neapoli*, ad lacum *Benacum*, *Monſpelii*, *Neocomi*, in M. *Falconario*, in muris & rupibus. Cum vulgaris Valeriana initium calcaris habeat, non cenſeo ſeparandam eſſe, & in uno genere relinquo Valerianas ſemine pappum plumoſum expediente.

Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis, rariter inciſis, ſeminis mucrone ſimplici *Enum. Helv.* p. 666. *Valeria-*

*Valerianella arvenſis, praecox, humilis, foliis ſerratis* I. R. H. *Locuſta minor* RIVIN. T. 6. Ubique, paſſim edulis.

Valerianella caule dichotomo, foliis plerumque ſerratis, ſeminis corona tridentata *Enum. Helv.* p. 666. *Valeriana altera, nudo, umbilicato & levi ſemine* COLUMN. p. 209. *Locuſta major* RIVIN. T. 6. *Monſpelii* & *Gottingae*, ſerotina.

H. Valerianella Cretica, fructu veſicario BOERH. I. p. 75. Fructus veſtitus tenero diſtante cortice, qui ſemine amplior eſt, quod in fundo ſedet, hinc rotundum, cum longo collo, inde biloculare. Flos per apicem ampullae exeuns, inaequaliter quinquefidus, de more, rubellus, triſtemon, ut duae priores.

H. Valerianella ſemine ſtellato I. R. H. *Valerianella capitata* MUNTING. f. 223. *Monſpelii* & in *Italia*. Corona magna, foliacea, octo radiorum, ariſtatorum, in ſummo fructu. Is bilocularis eſt, flos parvus, albus, inaequalis, ſtamina tria.

H. Valerianella tetraſtemon, ſemine foliolo inſidente *Comment. Gotting.* 1751. p. 207. T. IX. *Valerianella procera, folio varie ſecto, ſemine auriculato* AMMAN. n. 26.

H. Valerianella Indica, vel rubra, Cornucopioides C. B. *Valerianella Cornucopioides* RIVIN. *mon. irreg.* T. 5. florentis icon. *Valerianella echinata* GARIDEL T. 97. *Valerianella Cornucopioides, echinata* COLUMN. *Ecphras.* p. 306. Semen breve, foliaceum, coronatum calyce inte-

irregulari, quinquedentato. Flos bilabiatus; ſegmenta duo ſuperiora roſea, ovata; tria inferiora anguſtiora, medium emarginatum, communi initio nata. Stamina duo. Tuba bicornis.

H. Boerhaavia. *Talu Dama* H. MAL. *Valerianella Curaſſavica, ſemine aſpero, viscoſo* HERMAN. *Parad.* p. 236. *ic.* Semina ſunt pyramides quadrangulares, inter hedras transverſim rugoſae. Calyx campaniformis, quinquefidus, ſegmentis acutis. Flos ſature purpureus, hilo brevi, ſegmentis quinque emarginatis. Tuba in imo calyce, apice globoſo. Stamen in tubo floris unicum, & ſemen unicum. Adfinis adeo Valerianae. r.

H. Cuminoides TOURNEF. *Cuminum ſylveſtre* WOLF. *pollicit.* p. 50. CAM. *Epit.* p. 519. In *Meſopotamia, Palaeſtina, Syria* POCOCK.

Aſterocephalus foliis ad terram ovatis, ſerratis, ad caulem pinnatis, anguſtiſſimis *Enum. Helv.* p. 668. *Scabioſa capitulo globoſo, minor* C. B. *Scabioſa minor* CAMER. *Epit.* p. 11. Vulgaris planta in collibus ſiccis, a Scabioſa officinarum toto caelo diverſa eſt.

β. Prolifera I. B. III. P. I. p. 5. Circa *Walkenried* reperi.

Scabioſa folio multifido, flore albo III. CLUS. *Pann.* p. 537. In omnibus viis *Thuringiae* circa *Eisleben, Quedlinburg.*

*linburg.* Satis ſimilis eſt vulgari Aſterocephalo, etiam imis foliis latioribus, neque enim omnia laciniata ſunt. Sed flos conſtanter ochroleucus, habitusque durior eſt.

H. Scabioſa ſtellata, folio laciniato, major I. R. H. *Scabioſa Hiſpanica, major* CLUS. *hiſp.* p. 365. Folia longa, ſub flore, reflexa. Flosculi in ambitu aliquot abortivi, ſemine minori. Veri flosculi albi, aut ſubcaerulei, ſeminis involucro goſſypiaceo, terminato in conum plicatum, ampliſſimum, pulcherrimum, ſtellatum. Tubae ſeminis circumdatur corona quinque ciliorum purpureorum. Floris ſegmenta quatuor lanceolata, imum majus, ovale.

H. Aſterocephalos annuus, ruber, capite oblongo VAILL. *Scabioſa Indica, flore ſaturate rubro* AICHST. *Aeſt. Ord.* IX. T. 10. f. 1.

*β*. Barbulis carneis AICHST. 16. T. 2.

H. Scabioſa foliis planis, carnoſis, inferioribus pinnatis, ramorum integerrimis, linearibus GMELIN. II. p. 213. T. 87. Calyx incurvus, octo radiorum inaequalium. Flosculi in ambitu ringentes, quinquefidis ſegmentis inaequalibus, ſerratis, imo maximo, emarginato. Interiores infundibuliformes, pene aequabiles ſunt.

Aſterocephalos involucrum conicum habet, Scabioſa quadrangulare; ille flores quinquefidos, haec quadrifidos. &c.

Scabioſa foliis ſubhirſutis, imis ovatis, ſuperioribus ſemipinnatis *Enum. Helv.* p. 669. *Scabioſa pratenſis, hirſuta,*

*quae Officinarum* C. B. *Scabioſa flore ex caeruleo purpureo* TAB. p. 158. In pratis paſſim.

H. Knautia LINN. *Lychniſcabioſa flore rubro, annua* BOERH. *Scabioſa Orientalis, foliis ſuperioribus integris, flore parvo, purpureo, calyce gracili* TILLI T. 48.

Succiſa foliis ad terram ovatis, ad caulem oblongis, parum dentatis *Enum. Helv.* p. 671. *Succiſa ſive Morſus Diaboli* MATTH. p. 623. In pratis udis circa *Harſte*, & inter *Lengeler* & *Bovenden*:

H. Succiſa foliis pinnatis, pinnis ſerratis, capitulis globoſis, hiſpidis, congeſtis *Enum Helv.* p. 672. *Scabioſa Alpina, folio Centaurii majoris* C. B. *Succiſa altiſſima, foliis pinnatis, ſerratis* MANGET. D. *Pharm* II. p. 797. In M. *Thuiri* ſupra *Genevam.*

H. Succiſa capitulo nudo, globoſo, foliis glabris, pinnatis, ſolidis *Comment. Gotting.* 1751. p. 225. Folia glabra, firma, dura, pinnarum paribus tribus, una inpare, omnibus ovato lanceolatis. Capitulum abſque radiatis foliis, globoſum, ochroleucum. Involucrum ſeminis quadratum, denticulis quatuor majoribus, quatuor minoribus. Flosculi difformes. Squamae lanceolatae, acutae, ſub floribus. Ex ſemine GERBERIANO. r.

Succiſa a Scabioſa differt, quod corolla quinque ſegmentorum deſtituatur, & unice involucrum ſeminis quatuor nigris

nigris ſetis terminetur, & quod folia calycibus ſubjecta breviſſima ſemper, & ovato lanceolata ſint, neque radiata.

Dipſacus capitulis haemisphaericis, nudis *Enum. Helv.* p. 672. *Virga Paſtoris* BLAKWELL. T. 124. *Dipſacus vulgaris, capitulo minore, vel Virga Paſtoris minor* C. B. Verſus *Keſcheröderfeld*, ſuper *Lütjelengen*, & in vallecula ad radicem M. *Pleſſenſis*.

Dipſacus capitulis ovalibus, calycis foliis ſulcatis, dentatis, ariſtis glumarum rectis *Enum. Helv.* p. 673. *Dipſacus ſylveſtris, aut Virga Paſtoris major* C. B. *Labrum veneris alterum* CAM. *Epit.* p. 432. Foliis ſemipinnatis ludit, v. g. *um Herperhauſen*, diverſa tamen a Dipſaco laciniato.

H. Dipſacus capitulis ovatis, ariſtis glumarum recurvis, aſperis. Dipſacus *ſativus auct.*

Dipſacus foliis pinnatis, capitulis ovatis, ariſtis repandis. *Dipſacus foliis laciniatis* I. R. H. In *Alſatia*, circa *Wormatiam* &c.

## CAPITATAE.

H. Echinopus minor, annuus, capite magno I. R. H. *Scabioſa Cardui folio, annua, Baetica, minor* HERMAN. *Par.* p. 224. *Sphaerocephalus annuus* CAM. *Hort. ic.* 45. Folia tenuiter diviſa.

H. Echinopus caule ſubunifloro, foliis duplicato pinnatifidis, foliolis latiusculis, vicinis GMELIN *Sibir.* II. p. 100. Ad lacum *Baikal.* Loculi ſtaminum omnibus ſpeciebus ad baſin barbati ſunt.

H. Echinopus minor, folio Acanthi, aculeato. I. R. H. *Carduus ſphaerocephalus, acutus* DOD. *Purg.* p. 443 *Spina alba putata* CAM. *Epit.* p. 435. *Spina alba* LOB. II. p. 9. In *Graecia* & *Italia.*

Onopordon foliis tomentoſis, obiter laciniatis, caule alato, brachiato, altiſſimo *Enum. Helv.* p. 674. *Onopordon* DOD. *Purg.* p. 446. *Spina alba, tomentoſa, latifolia, ſylveſtris* LOESEL. *ic.* 82. In *vallo urbis* & ad vias abunde.

H. Carduus tomentoſus, Acanthi folio, Luſitanicus, altiſſimus I. R. H. Squamae majores, quam noſtro Onopordo, glabrae. Reliqua ſimilia.

H. Carduus lacteus, tomentoſus, Acanthi folio, flore magno. Uterque a DILLENIO miſſus eſt. Caput huic majus, quam vulgari, ſquamae calycis majores, fortiores, copioſiori tomento obductae. Reliqua eadem.

H. Ono-

H. Onopordon acaulon ferme, flore albicante IUSS. Parum nota planta, foliis ad terram tomentoſis, ſemipinnatis, pinnis anguloſis, ſpinoſis. Flores breviſſime petiolati, inſident mediis foliis, multi congeſtique. Flores globoſi. Squamae calycum ſimplices, aculeatae. Placenta nuda alveolata. Pappus tubi floris longitudine. Flosculi albi, ima lacinia longiori, extrorſum repandi. Semen ovato quadrangulare, baſi ſuperne lata.

H. Cinara hortenſis, foliis non aculeatis C. B. *Fructus Artiſchoki* AICHST. *Aut. Ord.* IV. T. 3. & *Ord.* XI. f. 4. Sponte in *Africa*, *Minorca*. Squamae calycis emarginatae, inermes, caulis humilis.

H. Cinara ſpinoſa, cujus caules eſitantur C. B. *Scolymus aculeatus* TABERN p. 696. *Cardon vulgo Ecole du potager* p. 290. Caulis excelſus, ramoſus, ſquamarum finis repandus acuminatus.

H. Cinara ſylveſtris, ſpinis longis, flavescentibus MICH. *hort. flor.* Circa *Volterram*. Nondum floruit.

Lappa capitulis & foliorum facie inferiori tomentoſis *Enum. Helv.* p. 675. *Arction montanum* & *Lappa minor Galeni* LOBEL. *ic.* p. 587. *Cobweb headed Burdock* PETIVER T. 23. &c. *Lappa minor, montana, capitulis tomentoſis, ſive capitulis Dioscoridis* C. B. Ubique ad vias.

Lappa capitulis glabris, minimis *Enum. Helv.* p. 676. *Smal headed Burdok* PETIVER. T. 23. *Zu Northeim am Thor, auch um Göttingen,*

Carduus laciniis foliorum conplicatis & ſpinoſis, capitulo ſpinoſo, nutante *Enum. Helv.* p. 676. *Carduus nutans* I. B. III. p 56. Ad vias abunde.

Carduus foliis ciliatis, ſubtus tomentoſis, capitulis ſeſſilibus, congeſtis, molliter ſpinoſis *Enum. Helv.* p. 677. *Carduus ſpinoſiſſimus, anguſtifolius, vulgaris* C. B. *Carduus caule criſpo* I. B. III. P. I. p. 59. Ad ſepes & in ruderibus.

β. Flore albo.

Carduus inermis, foliis rigidis, ciliatis, ſcapo longo, paucifloro *Enum. Helv.* p. 677. T. XIIX. & *Opuſc. Botan.* P. V. *Itin. Helv.* p. 220. *Ĝpho* XXIX. *Cirſium pannonicum* I. CLUS. *Pann* p. 655. Super *Sopronium* In agro *Veronenſi.* Paſſim circa *Jenam* in ſylvis, & in *Helvetia* frequenter.

H. Carduus inermis, foliis imis laciniatis, ſuperioribus integris, ſquamis calycis reflexis *Enum. Helv.* p. 678. T. XIX. & *Opuſc. Botan. Itin. Helv.* p. 231. In ſylvis *Juraſſi* & *Alpium.* r.

Carduus inermis, foliis glabris, imis ovatis, ſuperioribus pinnatis *Enum. Helv.* p. 678. *Serratula tinctoria* TAB. p. 156. 157. tres varietates. Abunde in M. *Pleſſ* ad dextra arcis.

β. Flo-

β. Flore albo. Ibidem.

H. Carduus caule ramoſo, foliis pinnatifidis, foliolis inferiorum dentatis, ſquamis ex lanceolato ſpinoſis, papposis GMELIN. II. n. 38. T. 17. Nondum floruit.

H. Carduus foliis ex cordato lanceolatis, margine ſerratis & ſpinoſis, ſquamis calycum membraneis, laceris, ſpinoſis, capitulis nutantibus GMELIN *Flor. Sibir.* II. T. 19. n. 40. Nondum floruit.

H. Carduus inermis, foliis glabris, pinnatis, lacinia extrema maxima, capitulis ſqualidis GMELIN. *flor. Sib.* II. T. 20. Nondum floruit.

H. Cirſium aculeatum, foliis tomentoſis, ſpinoſis, capitulis cylindricis, ſubhirſutis. *Carduus Acanthoides, ſiculus, venis albicantibus* PETIVER. Pappus plumoſus, breviſſimis tamen ramulis ſetarum.

Cirſium foliis ſpinoſis, pinnatis, pinnis ſemibilobis, capitulis tomentoſis, turbinatis, pungentibus *Enum. Helv.* p. 681. *Carduus lanceatus* TABERNAEMONT. p. 699. Ad vias & in ſylvis.

β re albo.

H. Valde accedit, quod ex *America* ad me advenit, foliis inprimis, ſquamis etiam tomentoſis, inque aculeum exeuntibus, ſed turbinata capita minima ſunt. Pappus adeo breviter piloſus, ut microſcopio demum adgnoscantur pili, qnos emittit, & videatur hoc genus & Acanthoi-

des ſiculus Carduos cum Cirſiis conjungere. Spinulae etiam breviores, numerus longe minor eſt foliolorum calycis. Nomen feci *Cirſii foliis pinnatis, pinnis triangularibus, ſpinoſis, calycibus reclinatis, aculeatis.*

Cirſium foliis pinnatis, pinnis decurrentibus, ſpinoſis, capitulis tomentoſis, ſphaericis, pungentibus *Enum. Helv.* p. 680. *Carduus Eriocephalos* DOD. *Purg.* p. 445. In montoſis ſuper *Nördlingam* reperi, & in montoſis *Helvetiae.* Simillimam plantam ex *Sibiria* habui, tamen aliquantum diverſam, parte reflexa ſquamarum calycinarum longiori, ſeminibus minoribus, magis fuſcis.

Cirſium inerme, radicibus teretibus, congeſtis, pinnis foliorum ſemibilobis, ramis unifloris. *Cirſium pratenſe, Aſphodeli radice, foliis tenuiter inciſis* VAILL. *Acanthus ſylveſtris alter* LUGD. p. 1444. In ſylvis non frequens, *im Eulenloche*, prope viam ad *Beſigehauſen*, in *ſylva Gottingenſi* verſus *der Bruch.*

β. Flore albo. In foſſis prope *Harſte am Pfingſtanger*, & in prato inter *Herperhauſen* & *Göttinger-wald.* A Cirſio turbinato lanceolato differt flore longiori, cylindrico, ſpinis calycis breviſſimis. Ab acaulo foliis minus longis & conpoſitis, pinnis paucioribus, longioribus, minus latis & confertis, tomento in capitulis: ab omnibus radicibus numeroſis cylindricis.

Cirſium caule floris longitudine *Enum. Helv.* p. 682. *Chamaeleon exiguus* TRAGI p. 852. *Cirſium acaulos, flore*

*purpureo*

*purpureo* I. R. H. Paſſim in ſiccis montoſis, v. g. in adſcenſu ad ſpeculam M. *Heymberg.*

H. Cirſium ſpinoſum, venis foliorum lacteis. *Ericcephalos leucographos, flore albo, coronato* VAILL. *Carduus lacteus, Syriacus* CAMER. *hort. ic.* X. Caput turbinatum. Squamae imbricatae, in aculeum terminatae, obnuptae tomento. Flosculi nonnulli inperfecti. Pappus plumoſus, in placenta ſetaceus. Ima lacinia floris profundius diviſa. Semina ex conico cordiformia.

H. Cirſium - - - - *Carduus caneſcens, aculeis flaveſcentibus munitus* BOERH. *Carduus ferox* MUNTING *ic.* 126 IMPERATI p. 883. *Chamaeleon Salmanticenſis* CLUS *hiſp.* p. 450. *Polyacanthos* IMPERATI p. 883. In *Hiſpania.* Calycis ſquamae in aculeum validiſſimum flaveſcentem abeunt. Placenta papposa, convexa. Flosculi carnei, ima lacinia profundiori, tubae apex inferius barbatus. Pappus plumoſus. r.

Cirſium foliis ſemipinnatis, ſpinoſis, capitulis oblongis, mitioribus *Enum. Helv.* p. 680. *Carduus arvenſis* TABERN. p. 700. Vulgatiſſima planta in ſegetibus humidioribus.

Cirſium caule pene nudo, alis criſpis obducto, capitulis mitibus, in vertice congeſtis *Enum. Helv.* p. 681. *Cirſium pratenſe, polycephalon, vulgare* I. R. H. *Cirſium foliis pinnatifidis, laciniis linearibus, caule criſpo, capitulis mitibus, in vertice congeſtis* GMELIN. *flor. Sibir.* II. T. 23. f. 2. Car-

*Carduus ſpinoſiſſimus, anguſtifolius, pratenſis* LOESEL. p. 35. In pratis & ſylvis udis.

β. Flore albo. Inter *Lütjelengen* & *Geismar* in ſylva.

Cirſium inerme, floribus inter flaveſcentia folia congeſtis *Enum. Helv.* p. 679. *Carduus pratenſis* LOBEL. *ic.* II. p. 11. *Cirſium Acanthoides, pratenſe, flore ochroleuco* VAILLANT. Nobis ſemper ochroleucum eſt.

β. Flore purpureo, in *Boruſſia.*

H. Cirſium foliis ciliatis, imis ovatis, ſuperioribus ſemipinnatis *Comment. Gott.* 1751. p. 306. Folia ima ovato lanceolata, ſerrata, eo magis inciſa, quo altior caulis eſt; ſuprema ſemipinnata Caulis nudus. Capitula congeſta, ex brevibus petiolis tomentoſis. Calyx turbinatus, ſquamis repandis, molliter acuminatis, purpura tinctus. Flos ſpecioſus, purpureus, ima parte de more profundius inciſus. r.

H. Cirſium quod *Serratula Sibirica, Taraxaci foliis rigidis, floribus purpureis.* Nondum floruit.

Silybum nervis foliorum albis *Enum. Helv.* p. 684. *Carduus Mariae* BLAKWELL. T. 79. TRAG. p. 850. Paſſim ad hortos, etſi exotica videtur. Circa *Jeruſalem* POCOCK.

H. Atractylis ſucco ſanguineo, flore luteo *Enum. Helv.* p. 685. *Atractylis* CAMER. *Epit.* p. 561. In agro *Veronen-*

*Veronenſi*, & circa *Treicovagnes Helvetiae*. In *Creta* BELLON.

H. Atractylis flore leucophaeo VAILL. Apicum filamenta ſagittata. Semina in ambitu absque pappo, in disco pappo lato, inaequali, coronata.

H. Carthamus foliis ovatis, integris, margine aculeatis LINN. *Cnicus ſive Carthamus* DOD. *Purg.* p. 123. In *Thuringia* ſeritur.

H. Cnicus ſylveſtris, hirſutior, ſive Carduus benedictus C. B. *Carduus benedictus* AICHST. *Aeſt. Ord.* XI. T. 6. f. 2. CAMER. *Epit.* p. 566.

Carlina caule unifloro *Enum. Helv.* p. 686. *Carlina altera* DOD. *Purg.* p. 440. In ſiccis collibus verſus *Allendorf* & circa *Jenam*. In *Apennini* M. *Valle di Corſenna Toscanae*. In horto caulem cubitalem profert.

Carlina caule ramoſo floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 685. *Carduus vulgaris* MATTH. p. 669. *Cnicus ſylveſtris, ſpinoſior* C. B. Ubique in apricis aridis.

β. Radiis albis.

H. Rhaponticum foliis pinnatis, pinnis ſerratis, ſquamis calycinis rotundis *Comment. Gotting.* 1751. p. 206. *Centaurea ſquamis ovatis, foliis pinnatis, foliolis decurrentibus, ſerratis & integris* GMELIN. *flor. Sibir.* II. p. 89. T.

89. T. 41. f. 2. Elegans planta, argute ſerratis foliis, calyce praegrandi, flore luteo, ſolitario.

H. Rhaponticum floſculis ſterilibus quindecimfidis, ſquamis calycinis rotundis. *Amberboi flore purpureo, odorato* VAILL. *Ciano Perſiano, odorato, maggiore* ZANON. T. 62.

β. Flore albo.

γ. Flore flavo. *Cyanus Orientalis, flore luteo, fiſtuloſo* MARCHANT. p. 269. *Centaurium majus, Africanum, flore aureo, odorato* BREYNE *Cent.* I. p. 72.

Rhaponticum foliis ſqualidis, tomentoſis, inferioribus ad baſin ſemipinnatis, ſuperioribus integris *Enum. Helv.* p. 688. *Jacea nigra* TAB. p. 152. *Jacea nigra, pratenſis, latifolia* C. B. *Common Knapweed & Jagged Knapweed* PETIVER. T. 22. In pratis & herboſis.

H. Rhaponticum foliis linguiformibus, decurrentibus, capitulis argenteis. *Centaurium majus, Orientale, Glaſtifolio* I. R. H. *Coroll.* COMMEL. *rarior.* f. 39. Calycis lacerae appendices argenteae. Petala lutea, lateralia ſterilia, trifida, quadrifida.

H. Rhaponticum foliis pinnatis, ciliatis, calycibus acutis. *Serratula annua, ſemine ciliari, elegantiſſimo* I. R. H. *Senecio carduus apulus* COLUMN. *Ecphras.* p. 34. *ic. Serratula annua, foliis laciniatis, ſerratis, purpuraſcente flore* GARIDELL. T. 52. In regno *Neapolitano.*

H. Rhaponticum foliis ſemipinnatis, capitulis cartilagineis, breviſſime ſpinoſis. *Jacea foliis Cichoraceis, vil-*

*loſis*

*loſis*, *altiſſima*, *flore purpureo* I. R. H. *Stoebe Salmanticenſis prior* CLUS. *hiſp.* I. p. 360. I. B. III. 1. p. 36. Caput globoſum, denſe conpactum, ſquamae pallentes, brevi & ſimplici ſpinula terminatae. Semen ſurſum ventricoſius, baſi hilo adroſa, ſtriatum, lato, brevique pappo coronatum. Floſculi florales tenues, quadrifidi, fertiles, praelongi, purpurei omnes. Pappus in placenta plurimus. *Monſpelii.*

β. Flore albo.

H. Rhaponticum calycibus hirſutis, ſpinoſis. Simile, ſed ſquama calycina in longum aculeum exeunte, & toto calyce hirſuto, & flore majori, atque coronato. Nomen non inveni.

Calcitrapa foliis mollibus, laxe pinnatis, capitulis ſeſſilibus, aculeis rigidiſſimis *Enum. Helv.* p. 689. *Carduus ſtellatus* DOD. *Purg.* p. 448. Circa *Wernigerode*, *Francofurtum*. In *Anglia*, *Helvetia*. Semina ſolida.

H. Calcitrapa foliis ſemipinnatis, ſpinis calycinis praelongis, ciliatis. Folia ima Iacobeae, ſemipinnata, molliter ſpinoſa, ſuperiora ovato lanceolata, dentata, mollia. In alis ramorum flores ſeſſiles, conici. Calycis ſegmenta viridia, glabra, armata ſpina fere unciali, acuta, pinnata, paribus ſpinarum mollium fere octo. Floſculi purpurei, in ambitu ſteriles. Semen quaſi adroſum, pappo non coronatum, ſed pappus in placenta.

H. Calci-

H. Calcitrapa foliis linguiformibus, capitulis tomentoſis. *Calcitrapa lutea, alato caule, capite lanuginoſo* VAILL. *Carduus Luſitanicus, caneſcens, alato caule, capite lanuginoſo* I. R. H. Calyx turbinatus, ſquamis triangulis, viridibus, ſpina ſemunciali; patula, ad originem pinnata & dentata. Plurimum tomentum has ſpinas obvolvit. Flosculorum lateralium ſemen abortivum, pappo coronatum, flosculus quadrifidus, ſterilis. Semen fertile ovatum, cicatrice notatum, coronatum pappo fusco, & flosculo praelongo, flavo, breviter quinquedentato, cujus ima lacinia profundius inciſa eſt, ut in Carduis ſolet. Placenta pappoſa.

H. Calcitrapa foliis ovatis, decurrentibus, ſpinis calycinis palmatis. *Carduus maritimus, caneſcens, alato caule* I. R. H. *Jacea laciniata, Sonchifolio* H. L. B. p. 675. *ic.* Caput grande, turbinatum. Squamae calycinae triangulares, ſine reflexo, ſicco, transverſim lato, in decem & duodecim ſpinas palmato. Placenta pappoſa. Flosculi ſteriles, quinquefidi. Semina ex ovato truncata, pappo brevi ſetaceo, flosculo longo, purpureo, ſtaminibus diſtinctis, hirſutulis.

H. Calcitrapa lutea, vulgaris, caule alato VAILL. *Spina Solſtitialis* DOD. *Purg.* p. 449. *Veronae.* Flosculi quaſi conglutinati, ſteriles, bifidi vel trifidi, glumae calycis ſpina ſicca, ramoſa, duorum triumve parium aculeorum paribus. Semen pappo brevi coronatum, & pappus in placenta.

H. Cal-

H. Calcitrapa caulibus ampliſſime alatis, ſpinis calycinis palmatis. *Jacea Cyanoides, caule alato* HERM. *Par. Batav.* Calycis ſquamae triangulares, coronatae ſicca palma in quinque aculeos fiſſa, ad latus pilis fuſcis barbata, caeterum denſus, conicus, ventricoſus flos eſt. Flosculorum ſterilium ſemen pappo coronatum, flosculus ſterilis ipſe longus, quinquedentatus. Fertilis flosculus albo purpureus. Vagina ſtaminum violacea. Pappus longus in placenta.

Cyanus flosculis radialibus latiſſimis, ſeptifidis *Enum. Helv.* p. 691. *Cyanus minor* CAMER. *Epit.* p. 289. Plerumque tubam etiam in flosculis ſterilibus habet.

β. Flore purpureo.

γ. Flore albo.

Cyanus foliis pinnatis, pinnulis obtuſis, dentatis *Enum. Helv.* p. 690. *Jacea vulgaris, laciniata* I. R. H. *Scabioſa major* MATTH. p. 969. bene.

β. H. Foliis latioribus, glaberrimis, firmulis. Ex *Sibiria*.

γ. Flore albo.

δ. H. Flore flavo. Ex *Sibiria* COMM. *Gotting.* 1751. T. VII.

ε. Flore ochroleuco.

ζ. Flore helvolo. Ex *Sibiria*.

H. Cyanus foliis pinnatis, tomentoſis, pinnis ſubrotundis, flore helvolo. *Comment. Gotting.* 1751. p. 223.

Folia

Folia pinnata, pinnis obtuſis, tomentoſis. Caput grande, calyce ſimili Jaceae vulgari. Flos ex flavo rubroque ambiguus. Flosculi ſteriles quinquefidi, lutei; fertiles flavi, limbo purpureo, imo ſegmento profundius exciſo, vagina ſtaminea violacea. Semen ſubfuscum, ſubovatum, compreſſum, pappo fusco.

H. Cyanus foliis pinnatis, ovatis, pinnis rotundis, caule proſtrato *Comment. Gotting.* 1751. n. 5. *Centaurea* GMELIN. p. 76. T. 42. f. 2. Folia tomentoſa, alba, alia elliptica, alia pinnata, pinnis ſubrotundis, extrema maxima, ſquamarum calycis appendix magna laciniata & ciliata, flava. Flos purpureus, flosculis ſterilibus longis, quinquefidis. Caulis pedali brevior, terrae appreſſus.

H. Cyanus foliis glabris, integris & pinnatis, ſquamis calycis ſiccis, ovatis *Philoſoph. Transact.* n. 472. *Comment. Gotting.* 1751. p. 205. Caulis bicubitalis, ramoſus. Folia pinnata, pinnis ellipticis, acutis, parium 3. 4. 5, ultima inpare, ampliori, ovato lanceolata, nonnunquam dentata. Calycis ſquamae conpoſitae; pars viridis obtuſa, pars ſicca pallens, profunde inciſa & fimbriata, cum additamentis ſicciſſimis, ſerratis. Flosculi ſteriles, quadrifidi. Fertilium ſemina pappo coronata, & in placenta pappus plurimus.

H. Cyanus foliis pinnatis, tomentoſiſſimis. *Jacea arborea, argentea, Raguſina.* *Argentea* P. ALP. *Ep.* p. 116. *Jacea incana, di Raguſa* ZANON. T. 92. In *Syria* POCOCK. r.

Cyanus

Cyanus pinnis foliorum pinnatis, pinnis acutis, gracilibus, dentatis *Enum. Helv.* p. 690. *Jacea foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non ſplendentibus* I. R. H. *Stoebe Gallica* CLUS. *Pann.* p. 546. Paſſim in *Thuringia*, circa *Langenſalze* &c.

H. Cyanus foliis pinnatis, calycis plumulis reflexis *Comment. Gotting.* 1751. p. 202. T. 6. Folia inferiora pinnata, pinnis decurrentibus, dentatis, ſuprema ſimplicia. Calycis plumulae initio fusco, triangulari, fine reflexo, nigro, pinnato. A GERBERO cum nomine *Jaceae laciniatae, calycibus minimis* (nam parvi ſunt) *flore purpureo* accepi. GMELINUS habet GERBERI nomen, ſed ejus planta non videtur a priori differre. r.

H. Cyanus calycis plumulis reflexis, foliis linguiformibus, ſubhirſutis *Comment. Gotting.* 1751. p. 201. *Centaurea calycibus ciliatis, ciliis ſetaceis, reflexis, foliis integerrimis* GMELIN. T. XLV. p. 100. f, 1. 2. Folia appendice aliqua caulem pene amplectuntur, longe lingulata, acuta, hirſuta. Flos exiguus, cylindricus, calycis plumulis reflexis, ſubfuscis, praelongis, ſubtiliter ciliatis. Flosculi ſteriles quinquefidi. Placenta pappoſa. Semen cinereum, ovatum, truncatum. GERBERUS, qui miſit, ad *Tanaim* reperit.

β. Flore albo.

Cyanus foliis ovato lanceolatis, ſubaſperis, glumis calycis in reflexam plumulam deſinentibus *Enum. Helv.* p. 692. *Jacea cum ſquamis pennatis, ſive capite villoſo*

 I. R. H.

I. R. H. *Jacea montana, villoſo capite, elatior* CLUS. *Pann.* p. 543. In M. *Baldo*, *Monſpelii.* In ipſa urbe *Clausthal* & ſuper *Ilefeld* abunde.

H. Cyanus foliis ellipticis, dentatis, rigidis, floribus caeruleis, oblongis. *Cnicus perennis, caeruleus, Tingitanus* HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 163. H *Walther.* Spinulae quatuor parium in utroque margine inferiorum ſegmentorum calycis. Floſculi ſteriles, quadrifidi, in ambitu floſculi pauci. Semen breve pappo ſimplici. Campanula floralis inferius profundius inciſa. Vagina ſtaminum livida. Placenta papposa.

H. Cyanus caule alato, foliis integris, ſubtus tomentoſis *Enum. Helv.* p. 692. *Verbaſculum* TRAG. p. 219. *Cyanei floris alia ſpecies in montanis* COLUMN. *Phytobas.* p. 78. T. 21. *Cyanus major* VALLET. T. 92. BROSSEI *Tabb.* pulchre. In Montibus *Veronenſibus*, *Helveticis.*

## CORYMBIFERAE.

## SEMINE NUDO.

Tanacetum foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 694. *Tanacetum* TRAG. p. 158. *Tanacetum vulgare, luteum* I. R. H. Ad ripas *Leinae.*

β. H. Foliis crispis.

H. Tanacetum foliis integris, rigidis, dentatis, ſcapo unifloro. *Bellis ſpinoſa* P. ALP. p. 337. In *Creta.* Calyx hemiſphae-

hemiſphaericus, multiplici ordine ſquamarum, appendice reflexa, ſicca, fimbriata. Semina prismatica, acuminata, ſtriata, nuda. Flosculi omnes androgyni. Campanula ventricoſa, tuba bicorni; interiores vero plurimi abortiunt. r.

H. Tanacetum foliis ovatis, ſerratis, integris LINN. *Balſamita major* DOD. *Coron.* p. 299. *Balſamita mas* BLAKWELL. T. 98. r.

H. Tanacetum flore ſingulari, nutante, foliis longioribus cincto *Enum. Helv.* p. 693. *Aſter cernuus* COLUMN. p. 251. *Conyzoides flore flavescente, cernuo* TOURNEF. *Memoir de l' Acad. des Sciences* 1704. BARRELIER *ic.* 1142. *Veronae, Michelfeldae* in *Italia.* Calycis folia prima ſimilia foliis reliquae plantae, longa, reflexa, ſequentia breviora, apice acuto, reflexo, ultima pene alba, apice vix reflexo. Placenta nuda. Semina longa, elliptica, acuminata, ſtriata, absque pappo. Flosculus in ambitu gracilis, quinquefidus, circa tubam bicornem contractus, absque ſtaminibus. Flosculi interiores multorum ordinum androgyni, campanula majori, radiata, albida, tuba lutea. Si ergo ob folia calycis reflexa a Tanaceto ſeparaſſe velis, ſola poteſt manere, ab Aſtere longe diverſa.

Abſinthium foliis incanis, pinnatis, pinnis bilobis, floribus pendulis, in ſpicis heteromallis *Enum. Helv.* p. 696. n. 4. GMEL. *flor. Sibir.* II. T. 63. *Abſinthium* CAMER. *Epit.* p. 452. In *Tartaria*, circa *Iconium*, nobis

tero paſſim in ruderoſis. Placenta pappoſa. Flosculi duorum ſexuum, feminae & androgyni.

H. Abſinthium arborescens LOB. *ic.* p. 753. *Artemiſia foliis radicalibus a caulinis diverſis* GMEL. *flor. Sibir.* II. T. 51. f. 1. 2.

H. Abſinthium (*Artemiſia*) radice perenni, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, inciſis, ſerratis, calycibus ſubrotundis, viridibus, nutantibus GMELIN. *flor. Sibir.* II. n. 107. T. 56. f. 2. 3. T. 57. 58. Flos grandior, quam in hoc genere ſolet, & folia ampla, fere Tanaceti. Placenta pappoſa. Flosculi in ambitu feminini, tuba bifida, reliqui androgyni. r.

Artemiſia foliis planis, ſemipinnatis, pinnis rariter dentatis, floribus erectis, ſpicatis *Enum. Helv.* p. 696. *Artemiſia rubra* TAB. p. 7. Ad ripas *Leinae*. Placenta nuda. Flosculi in ambitu feminini, exigui, reliqui androgyni.

H. Artemiſia foliis duplicato pinnatis, pinnulis parallelis, tomentoſis. *Abſinthium Ponticum, tenuifolium, incanum* C. B. In *Tartaria minori*, *Sibiria* a *Jeniſea* ad *Jaicum*. *Romae* in ruderoſis. Placenta nuda. Flosculi feminini & androgyni.

H. Artemiſia foliis multifidis, ſetaceis, caule erecto LINN. MORIS. S. VI. f. 2. *Abrotanum mas* CAMER. *Epit.* p. 459. *Abrotanum anguſtifolium, majus* C. B. Circa *Veronam*. In inſulis *de Capo Verde* FRELIER. De pappo nunc

nunc non memini, ſnum in placenta adſit. Sed cum ſtirps non ſit ad manus, hic relinquere malui. r.

Artemiſia foliis planis, longe petiolatis, duplicato pinnatis, caule procumbente laxe ſpicato *Enum. Helv.* p. 697. *Abrotanum campéſtre* TAB. p. 16. Ad vias in *Thuringia*, *Helvetia.* Placenta nuda. Floſculi in ambitu androgyni.

H. Artemiſia inodora, foliis laxe pinnatis, pinnis longis, linearibus, floribus denſe ſpicatis. *Artemiſia Italica, elatior, folio Delphinii viridi, caule atrorubente* WALTH. Floſculi feminini ad ſeptem in centro, androgyni totidem. Placenta nuda.

H. Abſinthium foliis linguiformibus, tomentoſis, floribus longis, ſpicatis, cernuis. *Abſinthium Lavendulae folio, maritimum* C. B. *Artemiſia marina.* LOBEL. apud DONAT. p. 21. Ad ripas *Maris mediterranei.* Placenta nuda. Floſculi tres androgyni.

H. Artemiſia foliis lanceolatis, linearibus, alternis, integerrimis LINN. *Draco herba* DOD. Flores in ambitu feminini, in centro androgyni. Placenta nuda. In *Sibiria.*

H. Abrotanum Lini folio, inodorum AMMAN. *Ruthen.* p. 147. Non ſolum ſapore differt, ſed etiam hirſutum eſt.

Nihil videtur in mora eſſe, quo minus plantae nuda placenta a plantis papposa placenta ſeparentur, ut enormis amplitudo generis Abſinthii minuatur.

H. Cotula receptaculis ſubtus inflatis, turbinatis LINN. *Chamaemelum Aethiopicum, lanuginoſum* BREYN. *Cent.* T. 73. Calyx caeſius, fit ſquamis duorum ordinum, ſine triangulari Radius fit floſculis androgynis, ligulae cavae exteriori ſegmento ovato acuminato, tribus interioribus minoribus, revolutis. Tuba bifida, & ſtaminum alteri ordini minus ſegmentum ſemifloſculoſum. Intimi quadrifidi ſunt. Semen planum, cordatum, limbo cinctum. Unus circulus eſt ſeminum nudorum tuba bicorni. Radiis albis. r.

β. Radiis luteis. r.

H. Cotula foliis lanceolato linearibus, amplexicaulibus, inferne dentatis LINN. *Ananthocyclus folio Coronopi* VAILL. DILL. *H. Elth.* T. 23. f. 26. Semifloſculi radii fiunt ſemine abortivo, bractea vero ſucculenta, duabus lineis per medium diviſa, & tuba. Semina cordata, plana, emarginata. Interiores floſculi androgyni, quadrifidi.

H. Santolina foliis quadrifariam dentatis, pedunculis unifloris LINN. *Abrotanum femina ſive Chamaecypariſſus* AICHST. *Ord.* XIV. T. 7. f. 3. *Polium Theophraſti & Dioſcoridis* COLUMN. *Ecphras.* p. 54. *ic. Monſpelii.*

H. Santolina foliis linearibus, pedunculis unifloris LINN. *Abrotanum foliis Roriſmarini* MORIS. S. VI. T. 3. *Abrotanum femina, montana, Luſitanica, Roriſmarini folio* MUNTING. f. 68. *Abrotano femina falſo Indiano* ZANON. T. 148.

H. San-

H. Santolina quae *Coma aurea Africana; fruteſcens, foliis glaucis & in extremitate trifidis* COMMELIN. *hort.* I. p. 97. T. 49. Nondum floruit.

H. Santolina quae *Ageratum laciniatis foliis, inodorum, Africanum* BOERH. H. L. B. p. 277. *Chryſanthemum corymbiferum* TRIUMPH. *ic.* 85. Flores umbellati, calycis ſquamae obtuſae, multiplici ſerie: ſimiles pellucidae inter ſemina ſquamae. Floſculi omnes androgyni, quinquedentati, diſcum planum efficiunt, flavi, uti calyx flavus eſt. Semen oblongum, perexiguum, non coronatum. r.

H. Santolina foliis repetito diviſis, planis. *Cotula flore luteo, radiato* I. R. H.. Calyx & flos cylindricus, folia calycis viridia, alis albis. Semifloſculorum ſemen tenuiter alatum, bractea longa, bifida. Floſculi quinquedentati. Glumae tenues floſculos ſuſcipiunt.

H. Santolina foliis duplicato pinnatis, ſeminibus radialibus alatis. *Chryſanthemum Valentinum* CLUS. *hiſp.* p. 369. In *Hiſpania, Monſpelii.* Calyx hemiſphaericus. Folia calycis alis albis cincta. Semina exteriora alata, triangularia; margine ſuperiori tridentata. interiora ſemina non alata, triangularia. Floſculi quinquefidi; bicorni tuba, foliis pellucidis ſuſcepti.

H. Santolina quae *Elichryſum Africanum, frutescens, folio Crithmi* COMMEL. *Hort. Amſt.* II. T. 57. Nondum floruit.

Santolinarum floſculi omnes androgyni ſunt.

## CORYMBIFERAE SEMINE PAPPO CORONATO.

Filago foliis lingulatis, tomentoſis, molliſſimis, floribus umbellatis, flavis, floſculis omnibus [androgynis. *Stoechas citrina officinarum.* Circa *Rheinhauſen* non valde frequens, & raro *über der Papiermühle*, copioſiſſime ad *Rhenum.* Flores omnes androgyni.]

*β.* Flore rutilo BREYNE. E. N. C. p. 45. *Vol. Dec.* I. *ann.* IV. *obs.* 135. eſt fere planta junior. In *Germania*, *Palaeſtina.*

H. Filago foliis lingulatis, ſubtus tomentoſis, caule umbella lactea terminato *Enum. Helv.* p. *699. Gnaphalium Americanum* MUNT. f. *619.* In litoribus nonnullorum fluviorum *Walliae Phil. Trans.* 337. ad *Bocking.* &c. tum in *Helvetia*, inſulisque ultimae *Sibiriae.* Floſculi omnes androgyni.

H. Filago (*Elichryſum*) Africanum, folio oblongo, anguſto, flore rubello, poſtea aureo DILL. *Hort. Elth.* T. 107. *ic.* 127. Pars colorata ſquamae calycinae ſemicircularis. Floſculi omnes androgyni. r.

H. Filago (*Elichryſum*) Africanum, fruteſcens, anguſtis & longioribus foliis, incanis COMMELYN *Hort. Amſtelod.* II. p. 109. T. 55. Habitu duriori & floribus majoribus cylindricis differt a Stoechade citrina. Flores umbellati, ochroleuco calyce. Flores in ambitu feminini, campanula bicorni, in centro androgyni.

H. F.-

H. Filago foliis tenuiſſimis, floribus umbellatis, cylindricis. *Elichryſum anguſtiſſimo folio* I. R. H. *Stoechas citrina, tenuifolio, altera* I. B. III. p. 155. In *Gallia Narbonenſi*, etiam in *Helvetia*.

H. Gnaphalium (*Elichryſum*) obtuſifolium, capitulis argenteis, conglobatis DILL. *Hort. Elth.* T. 108. Calyx pene cylindricus, albus. Plerique floſculi feminini, ſtrictiſſimi, interiores androgyni. In *Virginia*. r.

H. Filago faetida foliis amplexicaulibus, ovatis, acutis, ſubtus tomentoſis LINN. *Gnaphalium Africanum, foetidum, latifolium, maximum, flore argenteo* VOLC. *flor. Nor.* p. 194. Flores in ambitu feminini.

β. Flore aureo.

Filago ramis ſpicatis frequentiſſimis, alis foliorum inſidentibus *Enum. Helv.* p. 700. *Elichryſum ſpicatum* I. R. H. *Gnaphalium rectum* I. B. III. p. 160. Abunde in ſylvis. Plurimi floſculi feminini, ſquamis imbricatis, rectis.

Filago caule ramoſiſſimo, diffuſo, umbellis ſeſſilibus, fuscis *Enum. Helv.* p. 701. *Elichryſum aquaticum, minus, capitulis foliatis* I. R. H. Ad foſſas, in agris & hortis.

Filago caule dichotomo, ſphaeris floralibus in angulo foliorum ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 702. *Childing Cudweed & lowchilding Cudweed* PETIVER. T. 18. *Gnaphalium vulgare, majus* C. B. *Gnaphalium* FUCHS, p. 225. Locis ſiccis.

Filago caule erecto, ramoſiſſimo, glomerulis ad alas foliorum longe ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 702. *Filago vulgaris, floribus per caulem ſparſis* I. R. H. Locis aridis, *zu Rheinhauſen, um den Bovender Galgen.*

Filago caule erecto, ramoſo, foliis peranguſtis, glomerulis in ſummo caule ſeſſilibus *Enum. Helv.* p. 703. n. 12. *Filago minor* I. R. H. *Leaſt Cudweed* PETIVER. l. c. *auf dem Hagen.*

H. Filago foliis alternis, linearibus, pediculis longiſſimis, unifloris. *Helichryſo ſylveſtris ſimilis* C. B. *Prodr.* p. 123. Calyce differt, cujus ima ſegmenta criſpa & reflexa ſunt. Flores in ambitu feminini, emarginati, interiores androgyni. Paſſim POCOCK in *Palaeſtina, Iſtria* &c.

H. Filago foliis ovatis, undulatis, ſcapis unifloris. *Elichryſum ſylveſtre, latifolium, flore magno, ſingulari* VAILL. Flores etiam in ambitu feminini.

Filago ſexubus tota planta diſtinctis *Enum. Helv.* p. 698.

*α*. Androgyna flore breviori Choidori. *Elichryſum montanum, folio & flore rotundiore, purpureo* I. R. H. *Gnaphalium montanum, ſuaverubens* LOBEL. p. 483.

*β*. Femina flore longiori, pappoſo. *Elichryſum montanum, longiore folio & flore, purpureo* I. R. H. *Gnaphalium montanum, purpureum* LOBEL. p. 483.

Filagi-

Filaginis nomen optimum eſt. Divulſa enim quacunque parte plantae fila goſſypiacea ex vulnere trahuntur.

H. Erigeron fruticoſus, foliis lanceolatis, ſerratis, floribus umbellatis. *Senecio Africanus, arboreſcens, folio ſerrato* BOERH. *Conyza fruteſcens, foliis anguſtioribus, nervoſis* FEUILLEE. T. 37. *Eupatorium Africanum, Agerato affinis Peruvianae ſ. Quinquinae falſo dictae foliis floribus albis* PLUKN. p. 400. T. 328. f. 2. Flos cylindricus, ſquamis calycis plurium ordinum. In ambitu numeroſiſſimi floſculi bifidi, in centro decem androgyni.

H. Erigeron fruticoſus, foliis glaucis, ovatis, ſerratis, floribus in alis congeſtis. *Senecio Virginianus, arboreus, Atriplicis folio* HERM. *Par. Bat.* p. 225. *Elichryſo affinis, Virginiana, fruteſcens, foliis Chenopodii, glaucis* PLUKN. T. 27. f. 2. Calyx multis ordinibus fit ſquamarum imbricatarum, lanceolatarum, pene cylindricis. Semina pappo coronata. Floſculi androgyni, pallidi, quinquefidi & quadrifidi. Staminum vagina eminens. Hae plantae LINNAEO *Baccharides* ſunt.

Erigeron floribus ex alis foliorum prodeuntibus, floſculis femininis, multis inperfectis *Enum. Helv.* p. 724. *Aſter arvenſis caeruleus, acris* C. B. *Conyza caerulea* TAB. p. 861. *Am Bovender Galgen auch hinter Bovenden.*

Erige-

Erigeron floribus ex alis foliorum in ſpicam congeſtis, feminis omnibus ligulatis *Enum. Helv.* p. 725. *Conyza annua, Canadenſis, Linariae folio* BOCCONE *Plant. rar.* T. 46. In ſylva ſub *Keſcherüderfeld.*

H. Erigeron foliis inferioribus dentato laciniatis, ſuperioribus integris LINN. *Senecio Bonarienſis, purpuraſcens, foliis imis Coronopi.* DILL. *Hort. Elth.* T. 257. f. 334. Calyx cylindricus, convergens, ſquamae duorum ordinum, quaſi conglutinatae. Floſculi feminini in ambitu graciles, fine bifido, pallidi. Floſculi androgyni in diſco fere decem, bilabiati. r.

H. Erigeron foliis lingulatis, floribus ſolitariis per ramos ſeſſilibus. *Virga aurea, minor, foliis glutinoſis & graveolentibus* I. R. H. *Conyza minor, vera* LOBEL. *ic.* p. 346. Calyx cylindricus: Series ſquamarum multiplex, foliolis anguſtis, appreſſis, non patentibus. Semifloſculi feminini bractea dimidio tuba breviori, tridentata. Floſculi quinquefidi de more, & ſemen pappoſum. r.

H. Chryſocome foliis linearibus, petiolo ſub flore intumeſcente *Enum. Helv.* p. 703. *Linariae tertium genus* TRAG. p. 358. In *Helvetiae* aſperis, calidioribus. Super *Neuenſtatt Helvetiae. Aufm* Heitersberg ROYER.

Eupatorium foliis plerumque ternatis. *Enum. Helv.* p. 704. *Eupatorium commune* SABBATI T. I. ic. *Eupatorium Avicennae* BLAKWELL. T. 110. Ad rivos.

β. Va-

β. Varietas foliis integris, non digitatis. Circa *Gernsheim*.

H. Eupatorium Scrophulariae folio, floribus albis. *Valeriane a fleurs blanches* CHALEEVOIX. *Valeriana Urticae folio, flore albo* CORNUT. p. 20. 21. Calyx, ut in vulgari, cylindricus, & flosculi androgyni, ſed iſti triginta & quadraginta.

H. Cacalia glabra ROBERT. ic. p. 52. *Enum. Helv.* p. 705. MANGET. D. *Pharm.* I. p. 437. *ic.* In M. *Baldo*, in *Helvetiae* montoſis & dumetis.

H. Kleinia foliis carnoſis, planis, ovato oblongis LINN. *Anteuphorbium* DOD. Purg. p. 171. LOBEL. II. p. 26.

H. Kleinia foliis carnoſis, lanceolatis, conpreſſis, caule terete LINN. *Cacalianthemum* KLEIN. *Diſſ. Senecio Africanus, arborescens, folio & facie Ficoidis* COMMELYN. *Praelud.* f. 40. *Cacaliaſtrum* SCHREIBER *Act. Erudit.* 1730. p. 172.

H. Cacalianthemum Nerii folio, glauco DILL. *Hort. Elth.* p. 61. T. 54.

Conyza foliis ovato lanceolatis, floribus laxe umbellatis *Enum. Helv.* p. 704. *Conyza major* MATTH. p. 870. *Am Pleſsberge* abunde. Calyx Aſteris, ſquamis reflexis, ſed flosculi feminini, qui in ambitu ſunt, ſtrictiſſimi. Tuba bicorni.

H. Co-

H. Conyza aurea, Africana, frutescens, foliis Linariae anguſtis COMMEL. *hort.* II. p. 89. T. 45. Nondum floruit.

Petaſites floribus ſpicatis, flosculis omnibus androgynis *Enum. Helv.* p. 706. *Petaſites* BLAKWELL. T. 222. Ad *Leinam vorm Geismar Thor* qua itur *zwiſchen die Contreſcarpe.* In *Japonia.*

Petaſites floribus ſpicatis, flosculis pauciſſimis androgynis *Enum. Helv.* p. 707. *Petaſites major, floribus longis, pediculis inſidentibus* DILL. *Hort. Elth.* p. 309. *Bey Wehnde, auch an der Contrescarpe, aufm Maſche.*

Petaſites ſcapo unifloro, flosculis in ambitu lingulatis *Enum. Helv.* p. 708. *Tuſſilago* ſeu *Farfara* BLAKWELL. T. 204. *Am Bächlein nach Bovenden,* & alibi in udis.

## CORYMBIFERAE SEMINE ARISTIS CORONATO.

H. Ageratum LINN. *Eupatorium Betonicae folio* HERM. *Parad.* p. 161. Pappus ſetaceus, foliolis ſericeis coronatus, calyx cylindricus, foliolis duorum ordinum. Floſculi albi, androgyni, graciliter inciſi.

H. Eupatorium Americanum, herbaceum, Meliſſae folio, villoſum RANDII flore caeruleo. In *Virginia* CLAYTON. Calycis foliola duorum ordinum, congeſta in cylindrum ventricoſam. Seminis nigra corona, plana, ariſtata. Floculi androgyni, caerulei.

H. Xeranthemum receptaculis paleaceis, ſeminum pappo quinquefido LINN. *Ptarmica Auſtriaca* CLUS. p. 11. In *Hiſpania, Auſtria.*

Bidens foliis longe ellipticis, indiviſis. *Enum. Helv.* p. 710. *Bidens folio non diſſecto* I. R. H. *Eupatorium Cannabinum, Chryſanthemum* TABERN. p. 117. *Bur Mangold* PETIVER. T. 30.

*β.* H. In varietate radiata, floſculorum radiatorum ſemen abortivum abſque tuba, bractea ovali. Semen quatuor ariſtis donatum, qua nota a Coreopſide differt.

H. Bidens foliis ovatis, & tripteris, caulibus hirtis, brachiatis. In horto floruit, nunc exſtinctus, ſatis a reliquis diverſus. Flos grandis, non radiatus. Squamae caly-

calycis lanceolatae, inter flores vero graciles. Dentes duo ſagittati; & medius interſidet floſculus quadrifidus, ventricoſus, ora contracta. Folia ſub flore congeſta. Caulis hirtus, folia ovata aut triptera ſerrata.

Bidens foliis tripartito diviſis *Enum. Helv.* p. 709. CAESALP. p. 488. *Hepatorium aquatile* DOD. p. 395.

β. Flore radiato LOESEL. *ic.* 10

H. Bidens latifolia, hirſutior, ſemine anguſtiori, radiato DILL. *Hort. Elth.* T. 43. f. 51. In *America.*

H. Bidens Americanus, Apii folio DILL. *Hort. Elth.* T. 43. f. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Calycis nulla folia acceſſoria. Squamae calycinae primae quinque liberiores, lanceolatae, reliquae appreſſae, bracteae ſimiles. Semina radiata abortiunt, bractea eorum ovalis, tridentata, campanula plerumque quadrifida. Folia minutius diviſa, non pinnata. r.

H. Verbeſina foliis decurrentibus, undulatis, obtuſis LINN. *Chryſanthemum Americanum, alato caule* H. A. I. f. 3. *Cannabina Indica, foliis integris, alato caule* MAGNOL. *H. Reg. ic.* Semifloſculi duarum ſerierum, ſemine plano, cordiformi, bicorni, cornubus non ſagittatis, quorum alterum minus, aut nullum eſt, ipſe floſculus aurantius, brevis, latus, profunde bifidus, repandus. Tuba bicornis. Floſculi ſimili ſemine, campanula florali quinquefida, ſexfida.

## RADIATAE
## PLACENTA FOLIOSA.
## SEMINE NON PAPPOSO.

H. Siegesbeckia LINN. *Hort. Cliff. Cichoreo adfinis, Lampſana ſinica, Menthaſtri folio, calyce fimbriato* PLUKNET *Amalth* p. 58. T. 3. f. 2. *Bidenti ſimilis, foliis latiſſimis, ſerratis* BUXBAUM. III. T. 52. Calycis folia quinque ovato lingulata, pilis globuliferis plena. Squamae hirſutae, ovatae, quarum ſingula ſuum ſemen ſuſtentat. Semifloſculi duo vel tres, quibus ſemen curvum, cuneiforme, quadrangulum inſidet: bractea brevis, trifida, flava, averſa aurantio picta. Floſculi androgyni, quinquedentati, ſimili ſemine & ſquama. r.

H. Coreopſis foliis lanceolatis, ſerratis, alternis, decurrentibus petiolis, caule erecto *H. Upſal. Criſantemo con caule alato di Canada* ZANONI T. 58. Ex ſemine *Virginico* nata floruit. Calyx brevis, foliolis decem, duorum ordinum, multo quam radii brevioribus. Similia folia virentia, ſubhirſuta floſculos ſuſcipiunt. Radii quatuor vel quinque ovales, lati, lutei, apice breviter inciſo, cum ſemine abortivo unicorni, bicorni, vel ariſta petalodea. Floſculorum tubus breviſſimus, campanula quinquefida, grandis, tuba bicornis. Semen ovale, duobus cornubus latiuſculis, foliaceis coronatum, utcumque cimicis ſimile.

H. Coreopſis foliis ternatis LINN. *Chryſanthemum Virginianum, folio acutiore, levi, trifoliato, ſive Anagyridis folio* MORIS III. S. 6. T. 3. f. 4. Calycis folia exteriora quinque, ſex, obtuſa, firmula; interiora octo fusca apice repando. Radii octo, ſeminibus abortivis, latis, planis, absque tuba. Disci ſemina ſquamis diſtincta, priorum ſimilia fecunda. Flosculi androgyni, purpurei, quinquedentati.

H. Rudbekia foliis pinnatis, extrema pinna ampliſſima. *Obeliscotheca Hydrophylli folio, foliorum lobis latioribus* VAILL. *Aconithum helianthemum Canadenſe* CORN. p. 178, 179.

β. lobis anguſtioribus VAILL. n. 2. *Aconit ou fleur du Soleil* CHARLEVOIX. n. 22.

H. Rudbekia foliis aſperis, ovatis, dentatis, LINN. *Helianthus* &c. GRONOV. *flor.* p. 103. *Chryſanthemum Virginianum, hirſutum, disco magno, petalis aureis, radiato* PLUKNET *Almageſt.* T. 22. f. 2. *Obeliscotheca integrifolia, radio aureo, umbone atrorubente* DILL. *Hort. Elth.* T. 218. Disco ſubjecta folia calycina hispida duorum ordinum. Semifloſculi ſteriles, bifidi & trifidi, flavi. Semina nuda, oblonga, parallelepipeda, ſurſum lata, nuda. Squamae ariſtatae, & flosculi atropurpurei.

H. Helianthus radice annua, ampliſſimo, nutante flore LINN. *Corona Solis* TOURNEF. Χρυσανθεμον RENEAUME p. 83.

p. 83. *Helianthus Peruvianus* CAMER. *Epit.* p. 503. In BROSSEI *tabb.* picta exſtat. Floribus aureis, ovariis albis,

β. Floribus aureis, ovariis nigris,

γ. - - - - - - - - variis,

δ. - - - - - - - - fuſcis, limbo albo circumdatis,

ε. Flore pleno,

ζ. Flore pallido.

H. Helianthus radice tuberoſa LINN. *Corona ſolis, flore parvo, radice tuberoſa* I. R. H. In BROSSEI *tabb.* 39.

H. Helianthus radice fuſiformi LINN. *Chryſanthemum Virginianum, elatius, anguſtifolium, folio hirſuto, viridi* PLUKNET. T. 159. f. 5. *Helianto maggiore di Virginia* ZANONI *nov.* T. 58.

H. Buphthalmum foliis integerrimis, cartilagineis. *Aſteriscus fruteſcens, Leucoji foliis, ſericeis & incanis* DILL. *Hort. Elth.* T. 38. In *Virginia.*

H. Buphthalmum foliis lineari lanceolatis, ſerratis, villoſis, calycibus nudis *Enum. Helv.* p. 711. *Conyza major, altera* THAL. *Hercyn.* p. 21. *ic.* II. *Aſteriscus calyce brevi, anguſtifolius* BOERH. p. 105. Nondum floruit, & ſponte naſcitur in montoſis *Helvetiae.*

H. Buphthalmum floribus nutantibus, calycibus folioſis. *Aſter annuus, Luſitanicus, odoratus* I. R. H. *Aſtero annuo, odora-*

*odorato, di Candia* ZANONI. T. 24. *Chryſanthemum conyzoides, Luſitanicum* BREYNE *Centur. Ic.* 77. *Monſpelii.* Seminis corona foliacea, integra, dentata, & involucrum quadrangulare. Calycis folia exteriora lingulata, ampliſſima, repanda, omnia ſenſim minora, obtuſa & lata. Semifloſculi quatuor vel quinque, bractea tridentata & quadridentata. Paleae magnae, ovatae, pellucidae. Floſculi parvi, cylindrici, vix expanſi. Tuba in tubo florali latens.

H. Buphthalmum foliis lanceolatis, amplexicaulibus, calycis foliis peramplis, pungentibus. *Aſter* I. CLUS. p. XIII. *Monſpelii*, in *Hiſpania*, *Palaeſtina* POCOCK.

H. Buphthalmum calycibus folioſis, foliis lanceolatis, ſerratis, trinerviis, baſi hinc anguſtioribus *Hort. Upſal. Chryſanthemum Scrophulariae folio, Americanum* PLUKNET. *Almageſt.* p 99. T. 22. f. 1. Calyx durus, firmus, pene cartilagineus, foliis ovato acuminatis, margine reflexis; minus tamen reflectuntur intimae. Semifloſculi decem, ſaturate flavi, trinervii, ovati, tridentati, fine contracto. Semen cuneiforme, nudum. Floſculi quinquefidi, gluma cava excepti, in fine ſuo craſſiori, ſemine ſimili. Folii nervus in uno latere prius quam in altero foliacea ſubſtantia augetur.

Buphthalmum foliis incanis, pinnatis, pinnis argute ſerratis *Enum. Helv.* p. 711. *Chamaemelum chryſanthemum* VAILL. *Buphthalmum* MATTH. p. 969. Ad vias montoſas & ſylvoſas.

H. Buph-

H. Buphthalmum foliis multifidis, ſcapis unifloris. *Pyrethrum* BLAKWELL. T. 350. DOD. *Pempt*. p. 327. *Pyrethrum alterum* MATTH. p. 786 *Pyrethrum officinarum* AICHST. *Aeſt. Ord*. V. T. 10. f. 2. In *Bohemiae* ſylvis, M. *Apennino*. r.

H. Achillea foliis ellipticis, obtuſis, ſerratis, fasciculatis, floribus umbellatis. *Achillea lutea, Agerati folio, longiori* VAILL. *Ptarmica lutea, ſuaveolens* I. R. H. *Balſamita minor* DOD *Coron*. p. 300. *Monspelii*. Plerumque ſemiflosculi quinque, rotunde & irregulariter trifidi, ſed vidi nullos fuiſſe, verum unice difformes flosculos. Quando adſunt aut trifidi breviſſimi, aut bilabiati ſunt, una parte exteriori trifida, interiori bifida. r.

Achillea foliis integris, minutiſſime ſerratis VAILL. *Enum. Helv*. p. 712. *Ptarmica* BLAKWELL. T. 276. *Ptarmica vulgaris, folio longo, ſerrato, flore albo* I. B. III. p. 147. Squamae inter flores barbatae. In pratis udis non raro gegen die *Maſchmühle*.

β. Flore pleno.

Achillea foliis punctatis, pinnatis, pinnis plurimis, longe aequalibus, pinnulis trifidis & quinquefidis *Enum. Helv*. p. 715. *Millefolium terreſtre, minus, Dioscoridis* TABERN. p. 130.

β. *Millefolium album, minus*. Ubique ad vias.

γ. *Millefolium purpureum, majus* C. B. *Prodr.* p. 72. Cum punctatis foliis ſit, non ſeparo, etſi altius & ſpecioſius eſt.

Achillea pinnis foliorum primis remotis, ultimis confertis, pinnulis ſemipinnatis *Enum. Helv.* p. 715. n. 9. *Nobile Millefolium* TRAG. p. 476. *Veronae.* Circa *Kelbbra* & *Stolberg* in muris. Calyx fere ovalis, ſquamis gracilibus. Petala quinque, aut paulo plura. Semina elliptica, limbo albo cincta. Flos albus, ſed ob luteas tubas bicolor. Foliis non punctatis eſt, & a vulgari differt.

H. Achillea foliis pinnatis, pinnis latiuſculis, ſemipinnatis, floribus umbellatis. *Millefolium Orientale, foliis Tanaceti, incanis, radiis pallide luteis* BOERHAAVE. Folia longa, lanuginoſa, multis aequalibus primorum paribus; ſingulae pinnae virides ſemipinnatae, pinnae trifidae, vel bifidae, denique pinnulae lanceolatae. Flores umbellati, exigui. Calyx tomentoſus. Flos luteus, pallens, radiis quinque, obtuſe tridentatis.

H. Achillea pinnulis foliorum aequalibus, confertis, tomentoſis, pinnulis imorum trifidis, ſummorum ſimplicibus *Enum. Helv.* p. 716. *Millefolium tomentoſum, luteum* C. B. *Stratiotes lutea* CLUS. *Hiſp.* p. 371. *Heliochryſo vero di Dioscoride* ZANONI *nov.* T. 118. f. 7. *Veronae. Monſpelii*, in *Valeſia*, Pinnulae tres, plerumque trifidae.

H. Cha-

H. Chamaemelum Chium, vernum, folio craſſiori, flore magno TOURNEF. Seminis alae exiguae, ſemifloſculi tridentati, flos major, folia lata & robuſta.

H. Chamaemelum foliis planis,pulpoſis, pinnatis, pinnis dentatis. *Chamaemelum maritimum* LUGD. p. 1394. Calyx hemiſphaericus, albo viridis, quatuor ordinibus foliorum conſtat. Petala plana, latiora, quam in vulgari, ovata, apice tridentato, reliqua ſimilia.

Chamaemelum foliis pene glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiuſculis *Enum. Helv.* p. 717. *Chamaemelum faetidum* I. R. H. *Cotula faetida* BLAKWELL. T. 67.

H. Chamaemelum foliis lanuginoſis, pinnatis, pinnis capillariter multifidis, brevioribus *Enum. Helv.* p. 717. *Chamaemelum odoratum* DODON. *Coron.* p. 243. In *Anglia, Hibernia Arvernia* &c.

β. Flore pleno & ſemipleno, parte magna floſculorum in radios mutata, vel decemfidis, floſculis etiam cum tubis binis.

H. Chamaemelum Orientale, Abſinthii folio I. R. H. *Coroll.* Folia calycina imbricata, multorum ordinum, plurima, ora fuſca, bractea alba, tridentata. Floſculi pallentes. Squamae ariſtatae. In *Palaeſtina* POCOCK.

## PLACENTA NUDA SEMINE NON PAPPOSO.

H. Matricaria quae Bellidioides radice repente, foliis latioribus, ſerratis VAILL. *Bellis Americana, procerior, ſerotina, ramoſa, flore ampliſſimo* PLUKN. T. VI. f. 2. Inferiora folia ſerrata, ſuperiora integra.

Matricaria foliis imis petiolatis, ad caulem auritis, ſerratis *Enum. Helv.* p. 719. *Bellis major* MATTH. p. 910. Ubique in pratis.

Matricaria foliis glaucis, amplexicaulibus, profunde dentatis. *Chryſanthemum folio minus ſecto, glauco* I. B. III. 1. p. 103. Verſus *Seeburg*: circa *Ilefeld*; in *ducatu Cellenſi* ubique, ut inter calamitates publicas locum invenerit. Alae ſeminis duae laterales, albae, & foſſa circa ſemen in placenta circularis.

H. Matricaria foliis rariter pinnatis, pinnis latis, ſemipinnatis. *Matricaria Orientalis, folio Tanaceti, flore ſuaverubente* I. R. H. Calyx ſit ex duabus & tribus foliorum ſeriebus, margine fusco, ſqualente. Extrema folia a reliquis diſtantia. Flos biunciali diametro, ſemiflosculi pallide rubicundi, fine contracto, tridentato. Placenta punctata.

H. Matricaria Jacobeae folio, valde laciniato, flore croceo I. B. III. 1. p. 104. *Iconem* habet ZANON. *nov.* T. 51. In *Palaeſtina* POCOCK.

β Flo-

β. Flore partim candido, partim luteo.

γ. Semiflosculis fiſtuloſis.

Matricaria foliis pinnatis, pinnis latis, inciſis, ſemiflosculis breviſſimis *Enum. Helv.* p. 719 *Matricaria vulgaris* C. B. *Matricaria prima* BRUNFELS, I. p. 245. In *Japonia*, & *Germaniae* ruderoſis, ſed in iſtis forte caſu naſcitur, non vere ſpontanea.

H. Matricaria foliis pinnatis, pinnis laxe & capillariter multifidis *Enum. Helv.* p. 718. *Chamaemelum vulgare*, *Leucanthemon Dioscoridis* I. R. H. *Anthemis*, ſive *Chamomilla* MATTH. p. 905. In *Helvetia calidiori.*

Pyrethrum foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, dentatis *Enum. Helv.* p. 720. *Matricaria folio Tanaceti, flore majore, ſemine umbilicato* MICHEL. p. 34. *Tanacetum inodorum* I. CLUS. *Pann.* p. 550. In ſylvis montanis ubique.

H. Pyrethrum foliis incanis, triplicato pinnatis, tomentoſis. *Ptarmica Orientalis, foliis Tanaceti, incanis, ſemiflosculis brevioribus.* I. R. H. Calycis folia multorum ordinum, ora ſicca & ſqualente. Semina cava, membranula coronata. Semiflosculi breves, bidentati & tridentati, flosculi numeroſiſſimi & diſcus grandis, aurei coloris omnia.

H. Pyrethrum foliis pulpoſis, rariter pinnatis, pinnulis bidentatis & tridentatis. *Matricaria Canarienſis, ſapore fervido, radiis foliorum albis* VAILL. Semen coronam foliaceam educit.

Calendula foliis ovatis, integerrimis. *Caltha floribus minimis, pallentibus Enum. Helv.* p. 722. *Calendula arvenſis* TAB. p. 335. In vineis & agris *Helvetiae*, & ad lacum ſalſum *Thuringiae*.

H. Calendula flore majori, aurantio Κλυμενον. COLUMN. *Phytob.* p. 53. *Calendula* DOD. *Coron.* p. 60. *Calendula vulgaris* PASSAEI. *P. alt.* p. 87.

β. Flore pleno.

H. Calendula foliis hirſutis, acute crenatis. *Caltha Africana, flore intus albo, foris violaceo, ſemine majore, oblongo* BREYN. l. c. f. 2. *Bellis Africana, florum pediculis pene aphyllis, foliis inciſis* H. AMST. II. f. 33.

H. Calendula foliis ovatis obtuſe crenatis. *Calendula humilis, Africana, foliis inciſis, parvo flore* H. L. B. *Calendula Africana, flore intus albo, foris violaceo* BREYNE *Prodr.* II. p. 26. T. 14. f. 1. In BROSSEI *tabb.* pulcherrime pingitur.

H. Oſteoſpermum foliis rigidis, ovatis, dentatis. *Chryſanthemum, Oſteoſpermon, arborescens, Aethiopicum, Populi albae foliis* BREYNE *Cent.* I. p. 70. DILL. *Hort. Elth.* T. 68. Semiflosculorum ſemina craſſa, ovata, dura. Flosculi abortivi. Tuba ſimplex, capitata, flosculo quinquefido.

H. Oſteoſpermum foliis conjugatis, angulosis, petiolis folioſis. *Chryſanthemum anguloſis, Platani foliis, Virginianum* PLUKNET. *Almageſt.* p. 99. T. 83. f. 3. non bene.

Folia

Folia calycina prima perampla, ovata, reliqua paleacea, cava, hirſutula, floſculum conprehendentia. Radii fertiles ſunt. Iis ſemen craſſum, durum, ovatum, unionis ſimile, flava bractea florali coronatum, & tuba bicorni. Floſculorum ſemen parvum, abortivum, coronatum tubo peranguſto, & campanula cylindrica, quinqueſida.

H. Eriocephalos ſempervirens, foliis faſciculatis & digitatis DILLEN. *Hort. Elth.* T. 110.

Bellis ſcapo nudo, unifloro *Enum. Helv.* p. 722. *Bellis minor, ſylveſtris* C. B. BLAKWELL. T. 200. In omnibus pratis.

β. *Flore* rubro, pleno PASS. *ic.* 98.

## PLACENTA NUDA

## SEMINE PAPPO CORONATO

H. Bellidaſtrum *Enum. Helv.* p. 723. MICHELI p. 32. T. 29. In M. *Baldo* & omnibus montibus *Helvetiae*:

H. Bellis ramoſa, umbellifera CORNUTI p. 194. *Aſter* &c. GMELIN II. T. 78. f. 2. In ſemine nullus plerumque pappus, & unice lanugo quaedam in floſculo. Mucro foliorum calycis vix repandus. Petala plana, ovata, alba.

H. Aſter

H. Aſter caulibus aſperis, hirſutis, foliis lanceolatis, floribus in ſummo congeſtis. *Aſter novae Angliae, altiſſimus, hirſutus, floribus ampliſſimis, purpuro violaceis* PAR. *Bat.* T. 98. *Aſter floribus omnium maximis* VOLC. p. 50 *ic.* Calycis ſquamae extroverſae, multorum ordinum. Petala plana, perinde multorum ordinum, acuminata, gracilia, apice inciſo. Semina hirſuta, alba. Floſculi flavi.

H. Aſter foliis amplexicaulibus, integris, lingulatis, glabris. *Aſter novae Belgiae, latifolius, paniculatus, floribus dilute violaceis* H. L B. p. 69. AMMAN. p. 3. *Aſteroides Virginiana* ZANONI *nov.* T. 22. Calycis ſquamae multorum ordinum, mucronibus reflexis. Semifloſculi tridentati, numeroſi.

Aſter foliis ſcabris, ſupremis ovatis, ſquamis calycinis obtuſis *Enum. Helv.* p. 726. *Aſter atticus* DODON. *Pempt.* 266. MARTYN. *Georg.* p. 449. In paſcuis M. *Baldi*, in M. *Pleſſ* ad dextram.

H. Aſter foliis ſcabris, ovato lanceolatis, ſuperioribus acutis. *Aſter latifolius, Tripolii flore* I. R. H. GARIDEL *ic.* 11. MARCHANT. p. 253. Satis adfinis Attico, ſquamis calycinis in fine lanceolatis, recurvis, in margine ciliatis, ſed foliis ſuperioribus acutis. Petali caerulei apex lanceolatus, obſcure inciſus. Floſculi junioris plantae lutei, adultae purpuraſcunt. Semen hirſutum.

Aſter

Aſter foliis pulpoſis, integris, imis ovatis, ſuperioribus lingulatis. *Aſter* GMELIN. T. 80. f. 2. *Tripolium majus, vulgare* DONAT. p. 96. Circa *Harſte* ad fontes ſalſos, & *Sülbeck* ſimili loco. Calycis ſquamae trium ordinum, appreſſae, nonnunquam recurvae. Petala plana a ſeptem a quindecim, ſubcaeruléa, fine acuto, bidentato.

H. Aſter Chenopodii folio, annuus, flore ingenti, ſpecioſo DILL. *Hort. Elth.* T. 34. f. 38.

β. Flore albo.

H. Aſter maritimus, folio tereti, craſſo, tridentato I. R. H. *Golden ſampire* PETIVER. T. 17. Calycis ſquamae numeroſiſſimae, graciles, fuſcae, appreſſae, fine paulum recurvo. Petala argute quadridentata, flava. Ad ripas *Maris Mediterranei, Britannici, Liburni.*

Aſter foliis radicalibus lingulatis, hirſutis, ſub ramis amplexicaulibus, dentatis. *Aſter luteus, folio Succiſae* RUPP. *Aſter primus* CLUS. *Pann.* p. 526, 567. *Jenae* ad Salices verſus *Wenigen Jena* & ad *Werram Fl.* Paſſim *Berolini* Cl. ZINN. Folia ima petiolata, ſuperiora amplexicaulia, non tamen ſemper conſpicue, ut in aliis exemplaribus mere lingulata adpareant. Illa ſimplicia, haec dentata & pene laciniata. Squamae calycis praelongae, valde repandae & patulae, vagae, ſubulatae. Petala plana, gracilia, tridentata, multorum ordinum confuſa. Semen pappo coronatum.

Aſter

Aſter foliis amplexicaulibus, criſpis, ſubtus incanis, flore luteo, radiato *Enum. Helv.* p. 726. *Conyza media* AICHST. *Aeſt. Ord.* V. T. 12. f. 1. *Aſter pratenſis, autumnalis, Conyzae folio* I. R. H. *Bey Bovenden. Vorm Grohnder Thor an der Contreſcarpe. Um Saltz der Helden.* Ab Aſtere Succiſae folio facile differt flore concinno, radiis brevibus, aequalibus, in eodem ordine diſpoſitis, ſquamis calycis tomentoſis, repandis, fine recurvo, fusco.

Aſter caule ramoſiſſimo, foliis criſpis, floribus luteis pene nudis *Enum. Helv.* p. 727. *Conyza & Pulicaria* BLAKWELL. T. 103. In agris inter ſtipulas & in foſſis *vorm Grohnder Thor.*

Aſter foliis ovato lanceolatis, ſerratis, hirſutis, aſperis *Enum Helv.* p. 727. n. 5. *Aſter luteus, hirſuto, Salicis folio* C. B. In agro *Veronenſi* : Circa *Jenam* paſſim in M. *Kunitzberg* &c.

Aſter foliis amplexicaulibus, ex ovato acuminatis, ora ſerrata, flore ampliſſimo, *Enum. Helv.* p. 727. *Aſter omnium maximus, Helenium dictus* I. R. H. In agro *Veronenſi*, *Helvetia* ad lacum *Neocomenſem, Anglia, Suecia occidentali.*

Aſter foliis ovatis, ciliatis, utrinque glabris *Enum. Helv.* p. 728. *Aſter montanus, Salicis folio, glabro* I. R. H. *Aſter* &c. GMELIN. *flor.* II. f. 77. *Aufm Altenſtolberg*, circa *Jenam. Veronae.*

Solidago

Solidago caule erecto, racemis alternis, erectis LINN. *Enum. Helv.* p. 729. *Virga aurea, vulgaris, latifolia* I.R. H. *Virga aurea, margine crenato* DOD. p. 142. In ſylvis vulgo.

H. Solidago foliis lanceolatis, integris, ſpicis heteromallis, petiolis foliofis. *Virga aurea, Limonii folio, panicula uno verſu diſpoſita* PLUKN. T. 235. f. 2. *Virga aurea, Mexicana Limonii folio* MARCHANT. p. 319. Folia levia, venoſa, dura, integra, ovato lanceolata; ſpicae unum latus reſpiciunt, & tota longitudo petioli floriferi foliolis plena eſt. Calycis foliola trium ordinnm adpreſſa. Petala plana, lanceolata, acuta.

H. Solidago maxima, Americana CORNUTI p. 169. *Virga aurea, altiſſima, ſerotina, panicula ſpecioſa, patula* MARTYN. T. 14. Adeo ſerotina, jam CORNUTO monente, ut primum hoc anno apud nos floruerit. Spicae unilaterales, denſae; flores parvi; calyx cylindricus, ſquamis adpreſſis. Semiflosculi ſeptem ad decem, breviter inciſi. Flosculi totidem, flavi utrique.

H. Solidago paniculata, corymboſa, racemis reflexis, floribus confertis, adſcendentibus LINN. *Virga aurea, anguſtifolia, panicula ſpecioſa, Canadenſis* PLUKN. T. 236. f. 1. In BROSSEI *tabb.* 37.

H. Virga aurea, montana, Scrophulariae folio PLUKN. T. 235. f. 3.

H. Solidago foliis linearibus, integerrimis, congeſtis, florum radiis breviſſimis LINN, *Helenium Linariae folio, floribus*

*floribus minimis, non radiatis* VAILL. Calycis folia aliquot ordinum, pulpoſa, adpreſſa. Petala plana, non longiora latitudine, tridentata, flava. Semen pappo coronatum. Ex *nova Anglia* accepi.

H. Solidago foliis lanceolatis, venoſis, amplexicaulibus, glabris, calycis ſquamis lanceolatis. *Aſter novae Belgiae latifolius, floribus ſaturate violaceis* HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 67. AMMAN. *hort.* BOS. p. 3. depict. Calycis folia quatuor ordinum, lanceolata, pene rhomboidea. Semiflosculi ſaturate violacei, lanceolati. Pappus plurimus. Placenta alveolata. Flosculorum ſegmenta apice fusco.

H. Solidago foliis linearibus nervoſis, floribus umbellatis, caeruleis. *Aſter Tripolii flore* I. R. H. *Aſter atticus, purpureus, Monspelienſis, anguſtioribus foliis* I. B. II. p. 1045. Folia calycis adpreſſa, non repanda. Calyx cylindricus. Petala pauca, praelonga, arguta, caerulea. Flosculi lutei, extus purpurei. Semen hirſutum. Pappus denſus. Circa *Monspelium.*

H. Solidago foliis ovato lanceolatis, ſerratis, caulibus ramoſis, multifloris. *Aſter autumnalis, Americanus, foliis latis, crenatis, parvo, purpuraſcente flore* HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 68. *Aſteriſcus latifolius, autumnalis* CORNUT. p. 64. Squamae calycinae non reflexae, graciles & longae. Semifloſculi ſubtiliter bidentati & tridentati. Flosculi adulti rubent.

H. Solidago caule praealto, ramoſiſſimo, foliis lingulatis, floribus ramos terminantibus, albis. *Aſter novae Angliae*

*gliae*, *Linariae folio*, *Chamaemeli floribus* HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 95. Calycis folia imbricata, intima repanda piloſa. Petala alba, lanceolata, multorum ordinum, apice inciſo & contracto. Maturi floſculi purpuraſcunt.

H. Senecio foliis tomentoſis, pinnatis, pinnis ſemipinnatis. *Cineraria* LUGD. p. 1383. *Cineraria marina* AICHST. *Aeſt. Ord.* V. T. 9. f. 2. Non video, cur a *Jacobaeis* ſeparari debeat, cum ſquamas minores ad baſin calycis, & verum calycem conglutinatum habeat.

Senecio foliis pinnatis, pinnis multiformibus, dentatis, floribus umbellatis, luteis *Enum. Helv.* p. 731. *Jacobaea vulgaris*, *laciniata* I. R. H. *Senecio major*, *ſive Flos S. Jacobi* MATTH. p. 1133. Ubique in foſſis.

H. Jacobaea major, foliis viridibus, rigidis & laciniatis GERB. Varietas an ſpecies foliis majoribus, durioribus, acutius crenatis, floribus majoribus, ex Tartaria.

β. Varietas latifolia, foliis ovatis. *Jacobaea latifolia* GERB. p. 280. *Marsh Ragworth* PETIVER. T. 16. Circa *Cellam* vix alia creſcit.

Senecio foliis pinnatis pinnis parallelis linearibus *Enum. Helv.* p. 732. *Jacobaea foliis pinnatis*, *pinnis linearibus*, *apice inciſis*, *ſubtus incanis* MOHRING. *Comm. Nor.* 1743. *hebd.* 51. Aliquantum a vulgari differt calycis lanugine, & foliolis ad baſin magis adpreſſis. Vide RUPPIUM noſtrum p. 176. *Im Eulenloche*.

Senecio foliis pinguibus, pinnatis, pinnis alterne breviſſimis, radiis exiguis *Enum. Helv.* p 732. *Jacobaea pannonica* I. CLUS. *hiſt.* p. XXI. Frequens eſt in ſylvis caeduis, maxime vero in areis carbonariorum, & ubi torfa exuſta fuit.

β. IDEM flore exiguo, ſquamulis in baſi calycis breviſſimis. *Jacobaea annua, Senecionis folio, parvo flore* VAILL. *Memoir.* p. 384. Huc *icon* RUPPII T. III. Perinde ut prior in ſylvis.

H. Jacobaea Senecionis folio, glabra GERBER. Folia amplexicaulia, ſemipinnata, pinnis obtuſis, crenulatis. Ad calycis baſin ſquamae breves duorum ordinum. Calyx verus unifolius, ſulcatus. Flosculi plani, rari, ovati, brevesque, tridentati r.

H. Senecio foliis amplexicaulibus, ſemipinnatis, pinnis ſemipinnatis, anguloſis. *Jacobaea Africana, annua, minor, floribus ſuaverubentibus* VOLC. p. 225. *ic.*

Senecio foliis tomentoſis, imis ſemipinnatis, ſuperioribus lingulatis, amplexicaulibus. *Aſter paluſtris, luteus, folio lanuginoſo* I. R. H. *Jagged Fleabane* PETIVER *herb.* T. 16. In agro *Veronenſi* Circa *Seeburg* & *Denkerhauſen* in ripis lacuum. Calycis folia unius ordinis, hirſuta, virentia. Flos non grandis, petalis latis, flavis, emarginatis. Semen quadrangulum, ſulcatum, pappo copioſiſſimo, molli.

H. Senecio foliis ovatis, dentatis, acutis. *Jacobaea Hiſpanica, minus laciniata, petalis breviſſimis* I. R. H. *Senecionis*

*necionis genus Myconi* LUGD. p. 517. *Senecio folio non laciniato* I. B. II. Folia ovato lanceolata, ſparum ſerrata, ſubtus rubentia. Squamulae longae ad baſin calycis. Ipſe calyx unifolius, lineatus, apicibus ſquamarum purpureis, non ſphacelatis. Semiflosculi longe petiolati, bractea exigua, ovali, trifida. Pappus molliſſimus. Conf. LINN. *Wäſtgöta Reſa* p. 142.

H. Jacobaea Africana, fruteſcens, foliis rigidis & hirſutis *Hort. Amſt.* II. c. 75. Flores umbellati. Calyx cylindricus cum ſquamis acceſſoriis, omnibus in apice fuscis. Radii ſubrotundi, breves, lati, emarginati, pallide lutei.

H. Senecio foliis reniformibus, ſemiquinquelobis, lobis dentatis. *Jacobaea Africana, Hederae terreſtris folio, repens* H. AMST. II. c. 73. Calycis ſquamae acceſſoriae tres, reliquae conglutinatae tredecim. Radii calycis ovati, latiusculi, fine contracto, tridentato. Semen latum, ovatum. r.

H. Senecio foliis cordatis, crenatis, floribus ſpicatis. *Jacobaeaſtrum Cacaliae folio* AMMAN. n. 221. f. 24. Verus Senecio. Duo magna foliola ad baſin calycis. Calyx verus unifolius, ſulcatus, breviter dentatus. Petala plana, ſeptem, flava, lineata, tridentata. Semen pappoſum. In tota *Sibiria*.

H. Senecio foliis imis cordatis, ſerratis, ſuperioribus lingulatis, integris. *Solidago* &c. GMELIN. *flor.* II. T. 71. *Jacobaea maritima, non laciniata, lanuginoſa, latifolia*

 PETIT.

PETIT. *Ep.* III. p. 48. *ic.* *Jacobaea* II. CLUS. *Pann.* p. 573. *Cambridge Ragwort* PETIV. T. 16. In agro *Veronenſi, Auſtriae* ſylvis, & circa *Jenam* abunde. Calyx aliquantum lanuginoſus, ſquamis unius ordinis acceſſoriis, vix conſpicuis. Petala plana, pauca, tridentata & quadridentata.

H. Senecio foliis ovatis, dentatis, ampliſſimis. *Doria altiſſima, Orientalis, Limonii folio, ampliſſimo* DILL. *Hort. Elth.* T. 105.

H. Senecio (*Solidago*) paluſtris, altiſſima, incana & tomentoſa, foliis latioribus, ſerratis AMMAN. n. 220. Calyx villoſus, multis ad baſin ſquamis latiusculis, calyce vero de more unifolio, apicibus ſegmentorum fuſcis. Petala plana, flava, lata, ovata, lineata, tridentata. Pro varietate ſequentis habet GMELINUS p. 162.

Semico foliis linearibus, ſerratis, ſenſim calveſcentibus. *Conſolida paluſtris* TAB. p. 555. *Marſh Guldenrod* PETIVER. T. 15. Circa *Lauche* in pratis, ubi fuit pagus *Oberndorf.* Folia juniora lanuginoſa, adulta glabra, qualia *Lauchae* legi.

Senecio foliis longe ellipticis, acute ſerratis, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 734. *Conſolida aurea* TAB. p. 556. *Jacobaea Alpina, foliis longioribus, ſerratis* I. R. H. In BROSSEI *tabb.* pulcherrime. Veriſſima Jacobaea eſt, calyce vero unifolio, a *Solidagine* diverſiſſima. *Im Eulenlohe. auch im Bruche.*

Senecio

Senecio foliis ovato lanceolatis, ſubtus hirſutis, floribus umbellatis *Enum. Helv.* p. 734. *Jacobaea nemorenſis, latiore & rigidiore folio, hirſuta* RUPP. A priori parum differt, & in *ſylva hercynica* frequens eſt.

Senecio foliis pinnato ſinuatis, amplexicaulibus, floribus nudis, ſparſis ROYEN. *Senecio* TABERN. p. 168. In hortis ubique.

H. Senecio - - - - ſimilis, ſed latiori folio, caule glabro, flore minimo. *Senecio Aegyptius, folio Matricariae* I. R. H Nullam habet lanuginem, & folia ſuperiora non adeo inciſa, quin potius ſerrata, qua nota differt a Senecione vulgari.

H. Senecio foliis lanceolatis, amplexicaulibus, levibus acute denticulatis, caule herbaceo LINN. *Senecio Africanus, altiſſimus, Blattariae vel Hieracii folio* HERM. *Par.* T. 226.

Characteres adfinium quatuor generum ita definivi, ut *Erigeron* ſit floſculis planis vel omnino nullis, vel exiguis, calycis foliolis fere parallelis, certe non repandis: *Aſter* foliis apice repandis: *Solidago* foliis calycis adpreſſis, neque repandis: *Senecio* foliis calycis omnibus conglutinatis, plerumque aliquot ſquamulis ad baſin accedentibus: *Bellidaſtrum* calycis folia duorum ordinum habet, non repandorum, & eo forte Solidagines bene multae referri poſſunt. Alii *Clari Viri* aliter & aliter notas diſcriminis poſuerunt.

Arnica foliis ovatis, integris, conjugatis *Enum. Helv.* p. 737. *Arnica* SCHROEDERI. *Caltha Alpina* DOD.

*Purg.* p. 62. In M. *Baldo.* In omni *ſylva hercynica,* montibus *Saxonicis.* &c.

H. Doronicum foliis cordatis, obtuſis, imis longe petiolatis, ſuperioribus amplexicaulibus *Enum. Helv.* p. 738. *Doronicum Romanum* BLAKWELL. T. 239. In montibus *Genevenſibus*, in agro *Veronenſi.*

## SEMINE FOLIOLIS CORONATO.

H. Tagetes minor, flore fulvo, maculato DILL. *Hort. Elth.* p. 373. *Caryophyllus Indicus, minor* CAMER. *Epit.* p. 407. *Othonna* PASS. *ic.* 92.

H. Tagetes major, flore luteo, palleſcente VAILL. *Caryophyllus Indicus, flore luteo, ſimplici* AICHST. *Aeſt. Ord.* XIV. T. 2. f. 3.

β. Flore aurantio, ſimplici,

γ. Flore pleno AICHST. l. c.

δ. Radiis fiſtuloſis MORIS. S. VI. f. 5. *Caryophyllus Mexicanus, fiſtuloſo flore, ſimplex* COLUMN. *Ecphras.* II. p. 46.

ε. etiam floſculis fiſtuloſis. *Flos Africanus, flore pleno, fiſtuloſo* MUNTING. *ic.* 158.

H. Arctotheca foliis pinnatis, pinnis undulatis, ſemipinnatis, ſubtus tomentoſis. *Anemonoſpermos Africana, folio Jacobaeae, tenuiter laciniato, flore aurantio, pulcherrimo*

*mo* BOERH. *Ind. alt.* p. 100. Semina lana goſſypiacea obducta, coronata octo foliis ſiccis ovatis. Calycis folia multorum ordinum, inferiora reflexa, lanuginoſa, interiora ſemper longiora, eaque obtuſa, margine fusco, ſqualente. Petala plana, ſpecioſa, aurantia, fere tridentata. Flosculi perinde fecundi, campanula regulari, quinquefida.

H. Arctotheca foliis tomentoſis, pinnatis, extremo maximo. *Anemonae adfinis Aethiopica, fibroſa radice, flore Aſteris, Taraxaci foliis, ſubincanis* HERM. *Hort. Lugd. Bat.* p. 43. Semina ſericeo villo lanata, coronata foliis octo inaequalibus, ſiccis, albis, obtuſis. Calycis folia imbricata, lanuginoſa, acuminata, anguſta, extrema obtuſa, lanceolata. Flosculi in ambitu graciles, abortivi, flavi, ſubtus fuſci, frequenter ut in *Jacea* quinquefidi. Placenta brevibus ſquamis diſtincta. Interiores flosculi fecundi, purpurei, cum tubo ſtamineo & tuba de more. Alius adeo a priori character.

H. Helenia foliis decurrentibus LINN. *Corona Solis Salicis folio, alato caule* I. R. H. In *Virginia.* Calycis folia reflexa multorum ordinum. Semen breve, obeſum, ſulcatum, coronatum raris ſetis. Semiflosculi feminini, venis viridibus picti, apice multifido. Flosculi quinquefidi, in hemiſphaericum congeſti, androgyni.

## PLANIPETALAE

## SEMINE PAPPOSO. PLACENTA NUDA.

Taraxacum pinnis foliorum triangularibus, calyce reflexo *Enum. Helv.* p. 739. *Dens leonis* BLAKWELL. T. 1.

Taraxacum pinnis foliorum triangulariter dentatis, pappo plumoſo, calyce hiſpido *Enum. Helv.* p. 741. *Hieracium Dentis leonis folio, caulibus aphyllis, glabris* DILL. *Gieſſ.* p. 122. *Common rough Dandelion* PETIVER T. 10. *Beym Bovender Galgen, und im Göttinger Walde.*

Hieracium foliis integerrimis, ovatis, caule repente, ſcapo unifloro *Enum. Helv.* p. 742. LINN. *Piloſella major, repens, hirſuta* C. B. *Piloſella* BLAKWELL T. 365. Hieracii character a calyce cylindrico ſumitur, & ſquamis multorum ordinum imbricatis facto.

Hieracium foliis virentibus, piloſis, ovato lanceolatis, ſcapo ſimplici, unifloro *Enum. Helv.* p. 743. *Hieracium quod Piloſella, folio minus villoſo* I. R. H. In pratis ſubinde.

Hieracium foliis longe lingulatis, piloſis, caule imo folioſo, erecto, multifloro *Enum. Helv.* p. 743. *Piloſella major, altera* TAB. p. 197. *Piloſella major μακροκαυλος umbellifera* COLUMN. *Ecphras.* p. 249. *Aufm Altenſtolberg, und um Jena. Vorm Grohnder Thor.*

Hiera-

Hieracium foliis ovatis, tomentoſis, caule nudo, ſpica florali terminato *Enum. Helv* p. 744. & GMELIN. *flor.* II. T. 13. *Hieracium pratenſe, latifolium, non ſinuatum* LIND. *hort.* T. 7. In ſylvis circa *Jenam* abunde, & in *Alſatia*, inprimis *Helvetiae* familiare.

β. Varietas anguſtifolia, lecta in *Altenſtolberg*, eſt *Hieracium caneſcens, praealtum, aphyllocaulos, floribus parvis* TRIUMPHET. *Praelus.* p. 62.

